


Prefatio cassiodori senatoris serui dei.

Utiliter nimis in capite libri prefatio ponitur: ubi futuri operis qualitas indicatur. Quid enim commodius quam prius per eam aliquid discere: ne dictio possit inopinata confundere. Hec igitur historia ecclesiastica que cunctis xpianis ualde necessaria conprobatur: a tribus grecis auctoribus mirabiliter constat esse conscripta: uno scilicet theodorito uenerabili epo. et duobus disertissimis uiris sozomeno et socrate: quos per epiphanium scolasticum latino condentes eloquio necessarium duximus eorum dicta deflorata in unius stili tractu. dno iuuante perducere. et de tribus auctoribus unam facere dictionem. Sciendum plane quod predicti scriptores: a temporibus diue memorie principis constantini usque ad auguste recordationis theodosii iunioris que sunt gesta digesserunt. Hos autem eorum relectis opibus et unumquemque cauta mente tractantes cognouimus non equaliter omnes de una quaque re luculenter ac subtiliter explanasse: sed modo hunc modo alterum aliam partem melius expedisse. et ideo iudicauimus de singlis dictoribus deflorata colligere: et cum auctoris sui nomine in ordinem collocare. Legat ergo intrepidus quisquis ad hec opuscula dno donante peruenerit: multum utilitatis atque noticie lucraturus. si que posita sunt per hos duodecim libros memorie sue sollicita mente condiderit. Preterea ne quempiam res indistincta turbaret: per uniuersum textum huius operis titulos cognoscat appositos: uti suis locis erigere possit quod sub numero conpetenti predictum esse cognoscit. Cassiodori senatoris iam dno prestante conuersi explicit prefatio. Incipiunt tituli. ecclesiastice historie cum opere suo ab epyphanio scolastico dno prestante translati.

Incipiunt tituli primi libri.

Alloquutio sozomeni ad imperatorem theodosium.
Cur gentiles facilius quam hebrei fidem xpi perceperint.
Que fuerit intentio sozomeni historiam conscribendi et ex quibus priorum gesta collegerit.
A quo tempore historie fecit initium. et quomodo constantino signum sit crucis ostensum. et qui imperatores et cesares per idem fuere tempus.
Quomodo constantinus xpianum dogma cognouerit. et de miraculis crucis et morte maxentii.
De rogatione paganorum contra constantinum.
De constantio patre constantini.
Quomodo licinius fugatus. uel xpianos fuerit persecutus et nouissime uictus.
De legibus quas constituit pro xpianis propalam. et de cassatione rituum paganorum. xpianorumque prouectu. et de uictoriis eius et ueneratione religionis.
De diuersis confessoribus: eorumque conuersatione.
De diuersis monachis et eorum institutione.
Quomodo contra ecclesiam arrius sit erectus.
Epistola alexandri pontificis alexandrini ad uniuersas ecclesias aduersus arrium.

Reverendissimus in xpo pr dnus Sbigneus miseracione diuina tt sancte prisce. sancte Romane ecclie presbiter Cardinalis et Epus Cracoviensis hunc librum Ecclesiastice historie Collegio et domui Artistarum Universitatis Cracovien donauit perpetue et in euum Anno dni Millesimo cccc lmo quarto

Eiusdem ad alexandrum constantinopoleos episcopum.

Epistola arrii ad eusebium.

Epistola eusebii ad paulinum episcopum tiri.

De potentia nicomediensis eusebii

De meletianis et quomodo sint ab ecclesia segregati. Quia nolente alexandro arrium suscipere per diversa loca concilia celebrabant arriani

Epistola constantini imperatoris principis ad alexandrum pontificem alexandrinum et ad arrium per quam hortatus est ut reverterentur ad pacem.

Quia tam pro arriana questione quam pro pasche definienda festivitate nichea fecit constantinus celebrari concilium

Expliciunt tituli. Incipit liber primus oratio allocutoria sozomeni in theodosium imperatorem.

Aiunt antiquis principibus diligentie studium fuisse, ut eis amatores quidem ornamentorum purpuram atque coronam et his similia prepararent; librorum vero habentes intentionem, circa quasdam fabulas occupati conscriptiones agerent, que audientium corda mulcerent. Porro bella sectantes, ut sagittam oportune dirigerent, bestiam pervenerent, lanceam bene iacularentur, aut equum decenter ascenderent. Prestabantur enim singuli regalibus eorum studentes rebus illis que forent gratissima ditanti. Alius itaque lapides pretiosos difficile conquisitos offerebat. Alter tincturam purpure claritatem, plurimi poemata aut diversas conscriptiones insinuabant. Alius bona cingula, aut optimum armorum pandebat usum. Maxima vero et imperialis putabatur huius popularis virtutis pars illa ad quam tunc animantis intentio declinabat. De pietate autem que est verus ornatus imperii, nulli studiose quodammodo sermo fuit. Sed tu potentissime theodosi, ut complexive dicam cunctam superasti deo iuvante virtutem. Purpura siquidem et corona qua videris propter inspicientes quia est maiestatis signum circumdari, pietatem vel et clementiam intrinsecus semper enutriunt; unde conscriptores et prefecti ac reliqui subiectorum circa te tuosque laborant actus. Decertator autem positus iudexque librorum, non camerato eloquio capis aut qualibet figura furtum pateris veritatis, sed perfecte metiris utrumque sermonem proprium aptans cause, figuram quoque dictionis, et partes, et ordinem, et congruentiam, et eloquium, et compositionem, et collectiones, et sensum, et historiam profunde discutiens. Compensas autem recitantibus et tuo iudicio et favoribus oportunis, necnon aureis imaginibus et positione simulachrorum, et donis et honoribus universis. Qualem vero te circa recitantes prebes, tales dudum fuerunt iudices circa dulciloquum homerum, aut aleuas circa simonidem, aut dyonisius sicilie tyrannus circa platonem socratis discipulum, aut philippus macedo circa theopompum historiografum, aut severus cesar circa

oppianum qui metris piscium genera et naturas captionemque narravit. Cretenses siquidem mille nomismata carmini compensantes homerico. et tamquam de excellentissima largitate gloriantes. in publica statua munera conscripserunt. Alevas autem et dyonisius et philippus nequaquam animo parciores fuere cretensibus de superba se republica philosophiaque iactantibus. qui velociter illorum statuam imitari potuerant. si non ope fuissent minores in munere. Severus autem pro metrico poemate pro versu uno aureo donans. appiano tantum prebuit de largitate miraculum. ut aurea carmina appiani hactenus apud plurimos nominentur. Hec dona fuerunt olim amantium litteras et doctrinam. Tu vero potentissime principum nullo priorum excellentia minor inveniris. largitatibus tuis circa dictiones exhibitas. si tamen videris non incongrue talia facere. Nam cum omnes virtutibus evinceris. studiose ad incrementum semper que tua sunt evehis. quoniam historiam rerum olim gestarum apud romanos et grecos integerrime cognovisti. Audivimus etenim te per diem quidem exerceri armis et corpore subiectorumque negotia disceptare. iudicare simul et agere modo seorsum. modo communiter que sunt agenda considerare. noctibus libris incumbere. Fertur autem tibi ad eorum scientiam ministrare candelabrum arte mechanica factum. et sponte fundens oleum in lucernam. ut nullus circa regalia constitutus in laboribus tuis cogatur affligi. et nature vim faciat somno repugnans Sic equidem clemens et mansuetus circa primos. et circa omnes existis. celestem regem tuum imitando patronum cui gratum est super iustos et iniustos pluere et solem facere oriri. et alia simul invidia recedente largiri. Per multam vero doctrinam audio te etiam lapidum scire naturas. potestatesque radicum. effectusque curarum non minus salomone david filio. magis autem potiore virtutibus. Ille siquidem factus libidinis servus. pietatem non custodivit ad terminum. que illi causa fuerat bonorum et sapientie. Tu vero o potentissime. negligentie obiciens rationem. videris non solum hominibus iuste. sed etiam corporis et anime passionibus imperare. Si autem oportet et hoc dici. audio te etiam totius cibi vel poculi desideria superare. et neque poma dulcia neque aliud quicquam speciosum appetere. nisi quantum ad tactum convenit et solummodo saporis congruerit. primo tamen benedicere omnium creatorem. Sed tu vero estum et frigus. ferre consuetus. cotidianis exercitationibus. iam ipsam continentie putaris habere naturam. Dudum siquidem

in ponto ciuitatem heracleã ab her
cule nominatã uidere festinans. et
laborantẽ longo tempore subleuare.
in estatis ardore per bythiniam faciebã
iter. Sole uero circa diem mediũ ue
hementer urente. uidens te quidam
iter agentiũ sudore multo simul et
puluere squalentem. quasi prestaturus
occurrens optulit tibi poculũ ual
de perspicuum et uelut radius emi
cantem. suauissimũ quendã potũ
in eum mittens. et aquã frigidam
super fundens. Tu uero o potentissi
me sumens. laudasti quidẽ pro sua
magnanimitate uirũ. et largitate
principali post paululũ cumulasti.
Sed cunctis militib; ad illius poculi
claritatẽ nimis inhiantib; et beatifi
cantib; qui esset bibiturus eum.
rursus ei poculũ reddidisti. preci
piens ut quo uellet uteretur eo.
Unde mihi iuste uidetur tuis uir
tutib; superatũ etiã alexandrum.
de quo narratur ab eis qui opa il
lius admirantur. quia ei dũ per inaq
sa loca pperaret cũ macedonib; di
rigens. quidã miles aquã inue
niens hausit et optulit. ille uero non
bibit sed corpus infudit. Ut ergo ab
solute dicatur. omnium priorum princi
pum principiorẽ si dici fas est. te
uocare debem secundum homerum. ali
os et enim reges nichil dignũ habu
isse comperimus. Alios autẽ ornasse
una aut duab; rebus imperium. tu
autẽ o serenissime omnes simul uirtu
tes amplectens. uniuersos dinosce
ris euicisse pietate. clementia. for
titudine. castitate. iustitia. largita
te. atq; magnanimitate. dignitati
imperiali conueniente. Sine sangui
ne autẽ et purum a cede super omni
um priscorum tuũ cuncti glorificant im
perium. Res studiosas cũ delecta
tione subiectos per ipsum edoceri. fa
uorẽ q; et reuerentiã circa tuũ amo
rẽ et communẽ utilitatẽ cunctis
ostendere. Quapropter omnium horũ
causa. necessarium mihi uidetur. ec
clesiasticã historiam conscribenti te
primitus alloqui. Cui nãq; potius
hoc adscribam multorum ac uenerabi
lium uirtutes utiq; narraturus. et ea
que circa catholicã ecclesiam puene
runt. uel per quantas ipsa transiens
tempestates. ad tuos parentũ q; tuorum
portus accesserit. Age nunc omnia sci
ens. omnẽ q; uirtutẽ habens. et preci
pue pietatẽ quã principẽ esse sapien
tie sermo diuinus docet. suscipe a me
hanc scripturã et libenter examina.
tue q; integritatis adiectiones. et de
tractiones. adhibens. tuis q; laborib;
eam purga. Indubitanter enim quecumq;
tibi placuerit. utile legentib; clarumq;
uidebitur. nec quilibet reprehendet.
quod tu quoq; probaueris. Procedit
autem mea conscriptio a tertio consulatu

crispi et constantini cesarum. usque ad septimum decimum tuum. Visumque mihi est bene se habere in nouem decisiones opus omne diuidere. Continebit autem primus et secundus tomus. ea que sub principe constantino ecclesie peruenerunt. Tertius autem et quartus que sub eius filiis. Quintus et sextus que sub iuliano consobrino filiorum maximi constantini et iouiniano. necnon ualentiniano et ualente gesta noscuntur. Septimus autem et octauus nobis aperiet tomus. que sub gratiano et ualentiniano tribus acta sunt usque ad tempora imperii iocundissimi aui tui theodosii. quando scilicet uir clementissime principum sacratissimus pater archadius paterno succedens imperio. una cum piissimo patruo tuo honorio. romanum orbem gubnare sortitus est. Nonum uero librum christiano ac uenerabili uiro apiet dedicaui. quem deus sempiterne custodiat. magnanimitate inconuertibili hostibus preualentem. et habentem sub pedibus uniuersos. ad filiorum filios pium imperium dirigentem. annuente christo cum quo deo et patri gloria una cum sancto spiritu in secula seculorum A M E N.

Salamini ermei sozomeni

Cogitatio ecclesiastice historie.

Cum aliquando peruenit cur putas alius quidem hominibus uelo-

cior fuit circa christum ubi fides. hebrei autem incredibiles cum ab initio diuina mandata perceperint. etiam de christi presentia. et quomodo hec forent antequam fierent didicerint per prophetas. Abraham etenim princeps eorum generis et circumcisionis existens inspector. et conuiua filii dei esse promeruit. Isaac eius filius immitatione sacrificii honoratus est. typo crucis a patre uinctus et oblatus altari. sicuti contigit et in christi fieri passione. ut aiunt qui scripturas sacras integerrime collegerunt. Iacob autem expectationem gentium in eo nec existentem necnon et tempus quo uenit prenuntiauit. ubi ait. tempus deficere duces hebreorum ex genere iude principis tribus esse. Significabat autem principatum herodis. qui cum idumeus esset genere paterno. arabs autem a matre. commissa ei est gens iudeorum a senatu romano et cesare simul augusto. Sed etiam quidam aliorum prophetarum clare christi generationem predicauerunt. et illum sacrum ineffabilemque conceptum et matrem post partum uirginem permanentem. et genus et patriam. Alii uero passionem et resurrectionem a mortuis. et ascensionem in celos. et euentum singularum presignauerunt rerum. Sed hec quidem eos ignorasse scire poterit. qui sacris libris incubuit. Iosephus autem matthatie filius atque sacerdos uir apud iudeos nobilissimus.

necnon et apud romanos dignissimum erit testis de veritate christi. Vocare namque eum virum non audet tamquam factorem insignium operum: magistrum que sermonum veracium: christum non aperte nominat et penae crucis adiudicatum. et etiam die apparuisse vivum: et alia de eo infinita miracula a prophetis sanctis non ignorat esse predicta: sed etiam multos tunc extitisse quos elegit grecos atque iudeos et permanere in eius dilectione: atque genus ab eo nominatum nequaquam defecisse testatur. Et mihi videtur quoniam hec referens quasi clamare videtur operibus divinum esse christum: rerum quippe miraculis obstupescit. Cum autem hoc dixisset: etiam ipse medius transcucurrit: in nullo tamen contradicens credentibus in eum: potius que consentiens; hec igitur cogitanti mihi digne mirabile visum est. hebreos etiam ante alios homines ad christianitatem non potuisse converti. Nam licet sibylla et alia responsa apud gentiles ea que in christo erant ventura predixerunt: non tamen ob hoc omnes greci de incredulitate culpandi sunt. Pauci namque qui videbantur eruditiores peritia: huiusmodi prophetias intellexerunt. plerumque metricas existentes: et dissertionibus verborum prolatas ad populum. Erat itaque sicuti mihi videtur superne prudentie: ut ad concordiam futurorum. non solum propriis prophetie ventura committerentur: sed etiam ex parte gentilibus. veluti siquis melodie compositor propter utilitatem peregrini soni alias cordas plectro discurrat: aut super eas que sunt adiciat alias. Hebrei siquidem pluribus et manifestioribus prophetis utentes: in presentia christi minores sunt inventi quam greci. Sed neque hoc extra rationem videbitur: cur ex aliis gentibus tantum greca crediderit. Primum quidem quoniam deo gratum est ex miraculis nasci mutationes: in divinis maximisque negotiis: deinde quia non fortuitis virtutibus; populum eius ab initio desperata repperit esse religio. Nam licet linguam ad elocutionem aut pulchritudinem sermonis disertam non habuerint: neque verborum probationibus philosophicis uterentur: ad suadendum. tamen non ob hoc minus studium fuit eis. Sed exuti substantiis et bona propria contemnentes atque nudati: et velut in alienis corporibus plurima pessimaque tormenta suscipientes: et neque civitatum populis summissi: neque iudicum blandimentis inlecti: neque terroribus forte deterriti: clarum fecerunt universis: quoniam per maximum premium huiusmodi certamina sustinerent. Quapropter neque suasione verborum opus erat dum per domos et civitates ad credendum res ipse compellerent: que nequaquam primitus videbantur audire. III.

Tanta ergo divina atque mirabili mutatione in orbe terrarum facta: ita ut et priores religio et leges patrie spernerent: crudele

minus erat calydonium quidem aprum, et marathonium taurum, et alia similia per provincias et civitates facta, aut fabulis divulgata, tanto nobilitari studio, ut multi grecorum et probatissimi conscriptores circa talia laborassent, scribendi habentes ingenium: me vero vim mee non inferre nature et historie ecclesiastice gesta enarrare. Reor enim quoniam argumenta rei huius non ab hominibus instituta: conscriptori quoque inopinabiliter apparebit non inops deo. Nisus et enim sum primo quidem hoc opus ab origine mundi digerere: sed considerans quoniam et alii talia fecerint usque ad tempus suum: id est clemens et egesippus viri sapientissimi successionem sequentes apostolorum: africanusque conscriptor et eusebius cognomine pamphili vir in divinis scripturis et grecorum poetis atque rethoribus perscrutator eruditissimus. Hic ergo quecumque in ecclesiis contigerunt post Christi ascensionem ad celos. usque ad licinii deiectionem colligens. in duobus redegit libris, nunc autem favente deo que postea provenerunt aperire temptabo. Quo circa memorabo causas quibus interfui: vel a scientibus aut contemplantibus eas audivi: tam in nostram quam ante generationem nostram gestas. Ceterorum vero explanabo notitiam ex legibus positis causa religionis. et ex conciliis per tempora constitutis ac novitatibus factis: imperialibus atque sacerdotum epistolis. Quarum alie quidem hactenus in palatiis ecclesiisque custodiuntur: alie vero passim apud diligentes inveniuntur. Quarum cunctam rationem potius complecti in hoc opere melius approbavi propter magnitudinem lectionis: ut sensus earum breviter indicetur. Nam forte quedam venire possint in dubium per quibus apud multos est diversa sententia. Hec enim si que libere scripta invenire potuero: propter probationem veritatis eam ponere non omitto. Ut autem nullus ignoratione rerum accuset mendacem esse conscriptionem. contrarias legendo forsan epistolas: sciendum est. quoniam occasione dogmatis arriani. et eorum que postea sunt oborti discordantes inter alterutros presules ecclesiarum. singuli de quibus studebant. suis consecratoribus scribebant: vel per concilia congregati decernebant que vellent: et sibi contraria sapientes per absentiam se sepe damnabant. et per tempora principes ac proceres eorum quos poterant virtute flectebant: et sibimet unanimes faciebant. ut eorum consensu recta colere putarent. Alii siquidem istis: alii faventes illis: collectionem fecerunt epistolarum per heresem propriam directarum: et eas sibi contrarias reliquerunt. Porro difficile valde fuit ut invenirem omnia que de talibus provenerunt. Quod vero precipua cura veritatis habenda est propter historie puritatem: necessarium mihi visum est. etiam litteras huiusmodi ut fuit possibile perscrutari. Si ergo etiam seditiones ecclesiasticas inter alterutros gestas. de presulatu vel de honore primatus propriarum heresium explanavero: non grave aut male

voluntatis esse videatur. Primo namque sicut dictum est conscriptorem omnia decet veritati proponere, deinde dogma ecclesie catholice verissime declarare. Quod scilicet invenitur sepe quidem adversariorum insidiis impeditum, et tamen quod divinitus roboratum in propria mansisse virtute, et universas ecclesias atque populos ad suam traxisse veritatem. Cum itaque vellem sicut me decuerat ea sola conscribere que ad meam videbantur notitiam pervenisse.

de ecclesia in romano imperio constituta.

Placuit tamen quantum valuero ut etiam apud persas et barbaros que sunt gesta de religione conscribam. Non autem absurdum erit ab historia ecclesiastica, si in hoc opere etiam illi referantur qui quondam patres et preceptores fuere monachorum, aut qui post eos per successionem tales visi sunt sicut audivimus atque probabiles. Sin enim aut nos ingrati esse videbimur taciturnitati tradentes virtutem eorum, aut illi expertes erunt huius historie qui tanta philosophie exempla reliquerunt, quibus utentes posteri beatissimo et felicissimo fine potiuntur. Sed hinc quidem sermo procedens ut potuerit observabit; convertatur nunc ad narrationem rerum, cooperatorem invocans deum; hinc enim habebit presens scriptura principium.

Crispo et constantino cesaribus consulibus, romane quidem ecclesie silvestri presidebat, alexandrine autem alexander, et hierosolymorum macharius, antiochie vero que est apud orientem post romanum nondum quisquam fuerat ordinatus persecutionibus scilicet prohibentibus; non longo post tempore hi qui nicea collecti sunt eloquentiam admirantes, eustathium dignum approbaverunt sede apostolica presidere. Et cum esset episcopus vicine beroee, eum in antiochiam transtulerunt. Tunc igitur christiani orientales quidem usque ad terminos egypti circa libiam commorantes non presumebant aperte in ecclesias convenire, cum licinius favorem quem in eos habuerat permutasset. Sed neque per occidentem helladici vel macedones et illyrici licenter in religione durabant, propter constantinum qui princeps erat in his partibus romanorum. Huic enim viro et alia quidem plurima per ea pervenisse percepimus, quibus flexus est christianorum dogma venerari, precipue tamen propter signum quod ei divinitus est ostensum. Socrates.

Et quoniam ad hec venimus, paulo latius aliquid referamus. Cum diocletianus et maximianus herculius privatam elegissent vitam, et maximinus galerius qui cum eis imperaverat tenens italiam duos cesares fecisset, maximinum in oriente et in italia severum, tunc constantinus in britannia patre mortuo ordinatur imperator primo anno ducentesime septuagesime prime olympiadis, vicesima septima die mensis iulii. Rome vero a pretorianis militibus maxentius maximiani herculii filius instituitur imperator. Hinc ei pater imperandi

cupidine. uoluit filium regno priuare quod facere nequiuit. post hec autem tharso cilicie mortuus est. Porro seuerus rome contra maxentium ueniens. militum proditione peremptus est. Maximinus autem galerii. instituens licinium augustum moritur. Proinde maxentius rome uelut tyrannus habebatur. adulteria impudenter exercens. et earum uiros occidens. Quem uolens constantinus opprimere et romanos a cladibus liberare. cogitabat quem in bello deum haberet auxilio. sciens nichil prodesse deos quos diocletianus uenerabatur. et quod potius eius pater paganorum confutata religione feliciter aduixisset. Sozomenus.

Sozomenus

In his quoque sollicitudinibus constitutus. in somno uidit crucis signum celo splendide collocatum; mirantique uisionem. adstiterunt angeli dicentes. o constantine in hoc uince. Fertur autem et ipsum xpm apparuisse ei et signum monstrasse crucis. ac precepisse ut figuram similem faceret. et in preliis auxilium hoc haberet. quo uictoriam certa conquireret. Eusebius itaque pamphili iureiurando ipso imperatore dicente audisse se refert. quod circa meridiem declinante iam sole. crucis signum ex lumine factum et scripturam consertam ei dicentem in hoc uince. uidisset ipse et milites qui cum eo tunc essent. Pergenti namque aliquo cum exercitu. per iter hoc uiso miraculum est ostensum. dum que cogitaret quid esset. nox superuenit. et dormienti xps apparuit cum signo quod uidit in celo. iussitque ut fieret ei signi figuratio. que ferret auxilium in congressionibus preliorum.

Cum que iam opus non esset interprete. sed aperte monstratum imperatori fuisset quid de deo credere conueniret. mox die facta sacerdotes xpi conuocans de dogmate consulebat. At illi sacrorum libros offerentes de xpo loquebantur. suaque dicta ex prophetis comprobabant. Signum uero quod apparuerat ei. dicebant tropheum esse aduersus infernum. quam uictoriam ascendens in celos egit xps crucifixus et mortuus. et tercia die resurgens. secundum quod sperandum esse dixerunt. ut post huius uite terminum circa finem seculi presentis. omnes homines resurgant et immortales existant. alii quidem ad premia rerum quibus beneuixerunt. alii ad supplicia eo quod ab eis mala sint gesta. Esse tamen etiam in delictis que committuntur hic occasionem salutis purificationemque peccati. nondum initiatis quidem baptismatis adeptionem secundum ecclesiasticam legem. initiatis autem custodiam ne delinquant. Sed et hoc agere omnino paucorum sanctorumque uirorum est. docebant purificationem quoque secundam ex penitentia constitutam. clementem enim esse deum et ueniam tribuere delinquentibus. si penitentiam agentes studeant eam operibus roborare.

Sozomenus

Hec sacerdotibus explanantibus admiratus imperator prophetias de christo ita premissas, iussit viros eruditos ex auro et lapidibus pretiosis in vexillum crucis transformare signum quod labarum vocabatur. Hoc enim signum bellicum inter alia pretiosius erat: eo quod imperatorem precedere et adorari a militibus moris esset. Unde precipue constantinum reor nobilissimum decus imperii romani in signum mutasse crucis: ut frequenti visione atque cura desuescerent a priori more subiecti: et eum solum arbitrarentur deum, quem coleret imperator: ut quo duce atque auxiliatore uteretur adversus hostes. Semper enim hoc signum preponebatur ante ordines universos: quod maxime laborantibus aciebus in pluribus adesse precipiebat. Constituit itaque certos signiferos qui in eo laborarent: quorum opus erat ut vicibus humeris eum veherent: et omnes acies ita lustrarent. Fertur enim eo quod aliquando quidam ferens hoc signum, repente ab hostibus invadentibus expavisset: dedissetque illud devehendum alteri. Cumque se de prelio subtraxisset et iacula declinasset: subito percussus interiit. Ille vero qui sacrum susceperat tropheum: multis se iaculantibus permansit illesus. Mirabiliter enim divina regente virtute, sagitte hostium figebantur in signo: a signifero autem inter pericula penitus evolabant. Dicitur autem neque alium umquam huius signi ministrum, ut solet in bello vulnere mortuum: aut clade captivitatis

so
cra
tes

perpessum. **Socrates.**

Congressus quoque circa pontem molvium vicit. in flumine necato maxentio. erat enim annus septimus imperii constantini. Inter hec diocletianus salone defunctus est. **Sozomenus.**

xi.
so
zo
me
n.

Non autem ignoro quod greci referunt constantinum eo quod aliquos genere primos occidisset: et cooperator extitisset in nece filii sui crispi, penitentia ductum, de purificatione consuluisse philosophum sopatrum. qui tempore illo preerat in sede plotini: illumque respondisse nullam esse in huiusmodi delictis purgationem. Constantinum vero hac interdictione turbatum: invenisse episcopos qui penitentia seu baptismate promitterent eum ab universo posse purgari delicto. Tunc gavisum in illis que dixerant quod volebat: admiratumque dogma factum deinde christianum: et ad sui similitudinem deduxisse subiectos. Michi autem videntur hec ficta ab his qui student religioni christiane detrahere. Crispus etenim propter quem dicunt constantinum exegisse purgationem: vicesimo anno paterni imperii defunctus est. Qui cum adhuc viveret: multas cum eo pro christianis posuit leges. Secundo quippe loco honoratus imperii et cesar existens, sicut etiam nunc principum nomina et tempora legibus subiecta testantur. Sopatrum vero non est credibile ad colloquium constantini venire potuisse. in sola oceani circa

reni parte regnantis. propter intentio
nem uero contra maxentium habitam dege-
bat in italia. Tunc romana res pub
lica turbabatur. et non erat facile ut
britanni et galli conuenirent cum illis
tunc. apud quos constat xpiana constan
tinum religione participatum. uel dum con
tra maxentium castra metaretur et tran
siret ad romam. Testes autem sunt rursum
horum tempora. necnon et leges quas pro
religione sanxit. Ut autem concedamus
facile potuisse principem loqui sopatro.
aut per epistolam suam consuluisse per quas
uellet. non est tamen ueri simile ig
norasse philosophum. quia hercules alc
mene purgatus athenis est post filii necem
in cereris sacris. et ex post hiphiti necem
peregrinum et amicum uinculis peremit.
Cum igitur greci in huiusmodi delictis pur
gationes annuntient. sufficiunt que
dicta sunt et accusent de mendatio eos
qui sopatrum contraria constantino
respondisse finxerunt; non enim credo
hec ignorasse tunc nobilissimum apud gre
cos eruditione litterarum. VII.

Igitur ecclesie sub regimine constanti
ni alacriter agebant. et cotidianis die
bus augebantur. fauente et unanime prin
cipe multis eius beneficiis eleuate.
quas etiam prius inconcussas christus a
periculis turbisque seruauit. Nam cum
persecutiones diuersas ecclesie in alio terra
rum orbe paterentur. solus constantius
constantini pater. licentiam xpianis in sua
consistere religione concessit. Deni
que tale aliquid eum miraculum et me
moria dignum egisse cognoui. Sciens
probare uolens quosdam in suo palatio
xpianos. si boni et solidi essent uiri.
euocans uniuersos. precepit dicens. ut
siquidem uenirent ad sacrificandum et ei
colerent deos. circa eum essent et in suo
angulo permanerent. si uero refugerent
egrederentur de palatio. gratias agentes
quo minime punirentur. Cumque in utroque
apparuissent. alii quidem religionis de-
sertores. alii uero diuina presentibus prepo
nentes. delibauit eis amicos et consili
arius uti. qui in melioribus fideles con
stantesque permanserant. alios autem ue
lut effeminatos aduersatus expulit a
suo colloquio. credens numquam eos cir
ca principem deuotos fore. qui fuerint di
uini sic paratissimi proditores. Et ideo ad
huc superstite constantio. non uide
batur contra legem quempiam esse xpi
anum. apud eos qui ultra italiam gal
liasque et britanniam et qui circa pyrine
um habitabant montem usque ad oceanum
hesperium. Cum uero constantinus in eius suc
cessisset imperium. potius res ecclesie deflo
ruerunt. Maxentio enim herculii filio
perempto. cum ei pars constantino cessis
set. iam licenter in religione uigebant;
qui circa tyberim fluuium et eridianum
quem padum prouinciales appellant com
morabantur. et qui circa aquileiam comma
nebant. in quem sermo fertur ad ueciam

nauigio argo. et ad tyrrenũ pela
gus fuisse pductam. Argo nauig
enĩ uentũ ualidũ declinantes.
non eodẽ nauigio ingressione se
usi. s. transeuntes mare qđ super
scytas est p hec flumina uenerũt
ad t(er)minos italoꝝ. et hic hiemantes
condiderũt ciuitatẽ que nuncupatur
emona. Aestate ũ supueniente coo
pantib; eis puincialib; fere qua
dringentos stadios arte mechanicha
trahentes argo p terrã. ad fluuiũ
aq(ui)lem deduxerunt. q̃ pmiscetur
heridano. Heridanꝰ aũt fauces hẽbet
in italicũ mare. Post plurĩ itaq; ciui
le. dardanii et macedones. et q̃ circa
histrũ tẽ morabant. nection et hel
les. et illirioꝝ. gens omĩs sub constan
tinũ redacta est. VIII.

Porro licinnĩ hinc fugatꝰ. cum
prius sectator fuisset dogmatis
xpiani. mutata uoluntate. pluri
mos sacerdotũ in sue partis affli
xit imperio. multos q̃de et alioꝝ. p
cipue tam de collegio militari.
Nimis enĩ xpianis erat infensus
ppt̃ constantini bellũ. estimans eũ
posse contristari ppt̃ calamitatẽ sue
religionis. simul etiã arbitratꝰ q̃
orarent et studerent redigi sub illi
solꝰ imperio. Sup hec aũt pugnaturꝰ
denuo contra constantinũ. spem
uictorie habebat p diuinationes
et sacrificia. et seductꝰ ab aliq̃b; pro

mittentib; q̃ bello uinceret constanti
nũ. in paganitate confisus est. Dem
q; etiã greci dicunt. te eum expetiũ
diuinatione mileti geminiq; appol
linis. eiq; consulenti de bello. respõ
disse demoniũ p hos omeri uersus.
O senex ualde te iuuenes pugnatores
obseruant. tua q; uita soluta est. seua
q; te senectꝰ excipiet. Ex plurimis g
reb; uisũ m est dogma xpianoꝝ
diuina puidentia constitisse. tanto
q; pcessisse crementũ. maxime tam q
psecutione gentiliũ sicut a. nãq; licinio
psequente eccłas in suo impio consti
tutas. bellum in bithinia factũ est.
quo nouissime pugnauerit int̃ alteru
tros ipse et constantinꝰ. Tanto q; diui
no suffragio iuuꝰ est constantinꝰ. ut et
p terram et p mare uinceret inimicos.
et amissis licinnꝰ pedestrib; et naualib;
semetipsũ in nicomedia traderet.
puatꝰ q; thessalonice aliquanto tẽ
pore pmaneret ibiq; pimeretur.
Vir g pmodũ impii sui plus. aliis
q; reb; ualde puectus. et sororis con
stantini nuptiis honoratꝰ. huiusmo
di fine defunctus est. VIIII.

Constantinus g dũ ad eũ solũ om
ne romanoꝝ puenisset impiũ.
edictis publicis usus est. ut orienta
les subiecti inpaude religionẽ co
lerent xpi. et diligenter diuinitati mi
nistrarent. diuinitatẽ q̃ppe eam
solam crederent que et reuera eet.

& sufficientem haberet omni tempore potestatem. Et quoniam qui talibus studerent. omnia bona ubertime eis adcaderent. & quecumque adversa putarent. cum meliori potius spe fruerentur. Qui vero circa deum delinquerent. communiter & seorsum in bellis & in pace omnia eis difficilia provenirent. gratias quoque referens non sibimet arrogans. adiecit in eam legem dicens. & ministrum oportunum eum habere dignatus fuerit deus sui consilii. & a britannico mare usque ad loca orientis adduxerit eum. quatinus augeretur xpiana religio. Et qui propter dei cultum durabiliter permanserunt in confessionibus martyrii. clariores eius honoribus apparerent. Hec itaque concionatus & alia multa dicens per que credebat subiectos ad cultum religionis adducere. infirma esse sanccivit que contra religionem fuerant cogitata vel gesta. sub persecutoribus ecclesiarum. Remissionem cunctos habere decrevit. qui propter confessionem xpi migrare in insulis. aut alibi preter voluntatem propriam commorari iussi sunt aut in metallis affigi. aut publicis operibus aut muliebribus. aut lanificiis ministrare. aut dari curiis. cum curiales primitus non fuissent. Eos autem quos infames illi fecerant. ab infamia relaxavit. Militia vero privatos in sua voluntate reliquit utrum esse in schemate quo fuerant. an certe cum honorabili quiete liberam vellent habere vacationem. Cumque omnes ad priorem libertatem & consuetos honores revocasset. etiam substantias reformavit universis. Si qui vero morte dampnati substantia quoque nudati sunt. precepit primis generis eorum deferendas hereditates. Nullo autem horum existente unamquamque provincialem ecclesiam ad ius hereditatis accedere. & sive a privatis sive apud publicum de tali substantia esset aliquid restitueret. His autem que ex erario publico aliquid comparaverant. aut donationes acceperant. secundum possibilem decentemque modum se provisurum promisit. Hec quoque sicut dictum est. imperatori placuerunt. & lege firmata sunt. insigniterque omnia decenti fine completa. Xpiani vero tunc omnis romanorum dignitates administrabant. & de cetero cunctis sacrificare negabatur. Immolationibusque aut divinationibus non erat locus. sed nec idola dedicare aut celebritates paganas agere iam licebat.

Plura vero per civitates etiam gentium de antiqua consuetudine mutabantur. Ab illo denique tempore apud egyptios nequaquam secundum priores sollempnitates in paganorum templa cubitus. sed in ecclesias magis offertur. quo significatur crementum aque niliace. Apud romanos autem tunc primum monachorum spectacula sunt

remota. apud phenicas uero qui in liba
no et heliopoli commorantur. fas ulterius
non fuit uirgines fornicari. ante
quam legitimis iungerentur uiris.
sepe post turpitudinem experimenti
primi. nefande pruritiones. Sancte uero
domus que quidem magnitudinem uide
bantur habere sufficientem. corrigebantur. alie
uero cremento altitudinis et latitudinis au
gebantur. alibi autem cum non essent. a fun
damentis edificate fulgebant. Pecuni
as uero ex regiis thesauris imperator af
fluenter impendebat. scribens per singu
las ciuitates episcopis atque presidibus populorum.
ut sacerdotes sicuti uellent iuberent.
isti autem iubentibus obedirent. quatinus
cito perficeretur opus. Letanti siquidem eius
imperio. etiam religio ualde florebat.
Et in tantum etiam per bellum contra
licinium gestum. felicissimus fuit in plu
ris aduersus alienigenas preparatus. ut
etiam sarmatas uinceret. et qui uocan
tur gothi tunc nouissime causa gratie ap
ud eum federa celebrarent; hec autem gens
habitabat quidem trans fluuium histrum.
Cumque esset in bellis prona et multitu
dine atque magnitudine corporum ar
mis semper exercitata. aliis quidem barba
ris preualebat. solos autem romanos ha
bebat sibimet repugnantes. Fertur
enim etiam et hoc prelio demonstratum con
stantino per signa uel somnia. quanta
dei prudentia regeretur. qui cum sup
asset omnia bella que sub eo sunt
gesta. ueluti rependens xpisto in eius
religionis studio magis magisque fer
uebat. hanc solam faciendam et saluta
rem existimare subiectos iubens. Ter
ra uero ex subdita sibi ex unaquaque
ciuitate detrahens. publico certum
uectigal ecclesiis prouincialibus. clero que
distribuit. et donationem ualidam imppe
tuum esse sanciuit. Assuescens autem mi
lites ut sicut ipse dominum colerent. signo
crucis eorum arma signabat. In regali
bus quoque oratorium fabricatum. etiam tabna
culum ad instar ecclesie circumferebat. dum
aduersus hostes castra metaretur. quatinus
nec in itinere degens ipse uel exercitus
sacro limine priuarentur. quo deceret
laudari dominum et orationes offerri.
Sequebantur autem pariter sacerdotes et
diaconi tabnaculo seruientes. qui se
cundum legem ecclesiasticam sacrorum ordinem
adimplebant. Ex illo autem romanorum
cohortes que nunc numeri nuncupan
tur. singule fecerunt tabnaculum proprium.
et sacerdotes atque diaconos distributos
habebant. Diem uero qui dominicus uoca
tur quem hebrei primum uocant. greci
autem soli distribuunt. et quem ante septimum
est. sanciuit a iudiciis aliisque causis
immunes habere uocationem. et in eo tan
tum orationibus occupari. Honorabat
autem dominicum diem. quia in eo xpistus resur
rexisset a mortuis. alium uero quia in eo fue
rat crucifixus. maximamque cultam sanc
tissime crucis habebat. tam per bellica

ei p̄spere p̄uenerant eius auxilio in
p̄liis contra adu̾sarios institutis. quā
p̄ inditio qđ ei diuinit̄ p̄ ea uideba
t̄ ostensū. Deniq; suppliciū crucis
qđ p̄mit̄ apud romanos erat in usu.
lege p̄hibuit. In figurationib; aut̄
solidoꝝ & in imaginib;. hoc signum
iussit inscribi sēp & figurari. Exte
stant̄ adhuc eius imagines hoc se
mate decoratę. In omnib; siq̄de reb;.
p̄cipue tam̄ in legis lationib; stude
bat placare diuinitatē. Apparet
aūt enī luxuriosas & ualde fatuas p̄mix
tiones. ante eū non p̄hibitas. eē fuis
se correptas. sicut ex ipsis quas po
suit legib; inueniunt̄. S; nunc quę ad
honorē & statū religionis ab eo san
cita sunt. pandē necessariū ē. cum
partes esse ecclasticę uideant̄ histo
rię. Apud romanos antiquā fuit lex.
a uicesimo quinto anno non haben
tes uxores. p̄hibens a p̄uilegiis ha
bentiū coniuges. S; & alia multa
iubens ut nichil de testam̄to lucra
rent̄. licet generis p̄ximitate consiste
rent. Qui u̾o filios non habuissent.
medietatē relictoꝝ sibimet adimi
tebant. Posuer̄t aūt has leges an
tiqui. uolentes romā esse pop̄losā.
omnē q; subiectā terrā. & q̄ n̄ mul
tū ante has leges plurimos in ciui
lib; bellis amiserant. Videns q̄ im
p̄ator idcirco male tractari eos q̄
p̄p̄t dm̄ uirginitati & sine liberis

esse studebant. fatuum iudicauit.
diligentia & studio hominū uideri
eoꝝ augeri gen̄. cū nat̄a semp sup
na distributione diminutionē susci
piat & augm̄tū. & legē pop̄lo p̄posuit
uniu̾so. quatin̄ equalib; p̄uile
giis fruerent̄. qui sine coniugib; &
liberis erant. q̄b; illi qui hęc se habe
gaudebant. S; etiam ampli̾ habere
sanciuit eos q̄ in continentię uirgi
nitate degebant. licentiam eis p̄bens
masculis & feminis q; licet ętate mino
rib;. testam̄tū facere contra cōmunē
legem. Om̄s enī bene cogitare iudica
uit. quoꝝ op̄ esset dm̄ placare semp
& philosophię ueraci uacare. Hui̾ enī
rei causa. & antiqui romanoꝝ licent
testari uirgines uestales. etiam sexto
ętatis curriculo decreuer̄t. Iudiciū
itaq; maximū reuerentię p̄ti p̄nci
pis circa religionē fuit. & ubiq; ad
ministrantiū sententias imp̄fectas ēē
uoluit. & ad ep̄os p appellationem
refugiendū esse sanciuit. siq̄ uellent
ciuiles iudices refutare. firmam u̾o
illoꝝ sententiā iudicans potiorēq;
iudiciī alioꝝ. & tāquā ab imp̄atore
p̄latā ab omnib; obseruandā & incon
u̾tibiles esse canones synodales. Illud
q̄q; nos relinquere dignū non est.
qđ p utilitate sancitū est eoꝝ q̄ in
ecclesiis manu mittunt̄. cum p̄pter
subtilitatē legum etiam inuiti po
sessores difficultatē paterent̄ circa

dationem melioris libertatis. quam ciui
litatem romanam uocant. Tres posuit
leges. decernens omnes in ecclesiis ma
nu missos sub testimonio sacerdotum.
per hanc piam adinuentionem romana
ciuilitate frui. cuius indicium presens
etiam tempus seruat. Nam moris erat
de libertate leges scriptas, in manu
missionibus ante poni. Constantinus
igitur hanc sane studens in omnibus ho
norare religionem. erat quippe et per
semetipsam gloriosa. et propter uirtutem
plurimorum que in ea pollentium. X
Itaque persecutionibus iam cessantibus.
adhuc multi confessorum superstites
ecclesias exornabant. Inter quos fuit osius cor
dube pontifex. et amphion epipha
nie. cilicie. maximus quoque qui post macharium
hierosolimorum tenuit presulatum. et
pafnutius egyptius per quem aiunt plu
rima miracula operatum dominum demo
nasque subiecisse. uariarumque passionum
condonasse ei sanitates. Fuerunt autem
pafnutius et maximus ex illis confes
soribus quos maximinus imperator in me
tallis opera exercere dampnauit. oculos
eorum dextros euellens. et sinistras su
ras incidens. Secundum eos fuisse percepimus
spiridionem tremithuntis cypriorum
episcopum. Ad cuius uirtutem demonstrandam.
sufficere puto que actenus de eo seruata
est opinio. quanta per eum diuino presidio
gesta sunt. Plura quidem nouere prouin
ciales. ego autem que ad nos ualuerunt

peruenire non taceam. Fuit enim iste ru
sticus habens uxorem et filios. Et non
propterea in rebus diuinis minor. Aiunt
autem aliquando per noctem uenisse ma
lignos uiros ad caulas ouium eius.
et cum rapere niterentur subito uinc
tos nullo ligamine fures. Et illum
die facta uenientem. inuenisse ligatos
eos. et soluisse quidem ab inuisibilibus
uinculis. culpasse tamen et dixisse. Cur
fratres cum licuisset que desiderabatis
accipere. elegistis potius ea rapere et
noctem ducere [ingerere] infelicem. Tunc mi
seratus eorum. magis autem ad meliora eos
erudiens ait. Abite hunc sumentes a
rietem. laborastis quippe uigiliis et
decet uos sine querimoniis recedere
ab ouibus meis. Quod quidem qualibet iuste
poterit admirari. nichilominus etiam
illud apud filiam eius uirginem nomi
ne herenem. Quidam notus eius. speci
em aliquam deposuerat. quam sumens
depositum sub terra recondidit. ubi
cautius credidit custodiri. Contigit
interea mori puellam. nichil confessam
patri. Venit homo depositum repetens.
ignorante spiridione quid loquere
tur. Cumque in tota domo requisis
set nec inueniret. flebat capillos
que uellebat. et morti uicinus esse ui
debatur ille qui deposuerat. Hec spi
ridio fieri uidens. et cursim ueni
ens ad sepulchrum. uocauit nomine
puellam; qua respondente. de causa

depositi requisiuit. et dum ab ea didicisset. reuersus et inueniens ubi puella significauerat reddidit homini quod poscebat. Quoniam quidem ad hunc uenimus sermonem. non est incongruum etiam istud adicere. Mos erat huic spiridioni ex fructibus qui nascebantur ei. alios quidem pauperibus erogare. alios autem gratis mutuari uolentibus. sed neque per se dabat. neque per se recipiebat. sed solum cubiculum demonstrabat. iubens petentes ut quantum opus haberent tollerent. et denuo reuocarent quantum se nouerant abstulisse. Quidam uero dum mutuum percepisset. reuersus est post aliquantum quod tulerat redditurus. Quem dum secundum consuetudinem iussisset reponere in cubiculo quod fuerat exinde mutuatus. ad iniustitiam ille conuersus. et credens latere spiridionem. non reddidit quod debebat. sed auferens debitum. quasi reddidisset abscessit; quod tamen longo tempore non erat ignorandum; post certum namque tempus uenit rursus petens ab eo mutuum. at ille misit eum ad horreum. data potestate ut ipse sibi metiretur quantum opus haberet. Vacuum uero eundem locum inueniens. et hoc occultata fide cognoscens. spiridioni nuntiauit. Ille respondit ei. Mirum est o homo quod loqueris; quomodo tibi soli uisum est horreum meum necessariis defecisse. Sed considera potius apud temetipsum ne forte mutuatus alia uice quod debueras primitus non soluisti; si enim hoc non est. indubitanter non priuaberis quibus eges. sed rursus accedens inuenies. Sic igitur ille captus. ei quod deliquerat indicauit. Dignum est igitur huius sacratissimi uiri mirari puritatem. et ecclesiastici ordinis ualde custodiam. Dicitur itaque quodam tempore pro aliqua utilitate in unum cyprios episcopos conuenisse. et inter eos fuisse hunc spiridionem. et triphillium ledrensem episcopum: uirum eloquio et sapientia. nec non perito legibus eruditum. Cum itaque collecta celebraretur iniunctum est triphyllio ut faceret sermonem in populo. Cumque ille locus uenisset ad medium. tolle lectum tuum et ambula. cubile dixit pro lecto. mutans nomen; spiridion autem indignatus in eum. et exiliens de cathedra sacerdotali. tu melior es inquit eo qui lectum dixit. quia eius uerbis uti confunderis. Hoc autem fecit populo conspiciente. mediocritatem docens eum qui eloquii supercilio pretumebat. Erat enim idoneus ad pudorem incutiendum. cum esset uenerandus et operibus gloriosus. simul quia senex euo. atque sacerdotis officio. Qualis autem circa peregrinorum susceptiones fuerit. hinc apparet. Istante

iam quadragesima. quidā ex itine
re uenit ad eum. quib; dieb; consue
uerat cum suis continuare ieiunia.
& die certo comedere medios dies si
ne cibo consistens. Videns itaq; peg
nū ualde defectum. perge inquit fi
lię suę. laua pegrini pedes & cibos
appone. Cumq; illa dixisset nec pa
nē esse nec alphita. quarū rerum
solebant nichil habere reconditum
ppt ieiunium. orans primū ueniam
q; petens filię. iussit ut porcinas
carnes quas domi sallitas habebat
coqueret. Quib; coctis. sedens cū pe
grino positis carnib; comedebat. &
rogabat ut una cū eo ederet pegrinus.
Quo refutante xpianūq; se pfitente.
ppterea magis inquit non refutare
debes; omnia enim munda mundis. sicut
sermo diuinus edocuit. hec quidem di
cta de spiridione sufficiant. XI.

Precipue uero insignissimā ec
clām demonstrauerunt. & dogma
dilatauerunt uitę uirtutib; qui
conuersatione monachica illo tem
pore fruebantur. Vtillima naq; res
ad homines a deo uenit ista philoso
phia. quę multarū doctrinarum.
& dialecticę artis studia despicit.
tāquā sit inanita. & melioris opis
impediat tempus. atq; ad recte uiuen
dū nichil ostendat. hec ergo philosophi
a conuersatione miranda. natali sim
pliciq; prudentia. docet omnino quę

nequitiā putant & operentur utilia.
Non enī pdicat ueritatē uirtutē. s; magis exer
cet. nichilo pendens humanā glām.
uirilitē q; resistens passionib; animę.
& neq; naturę necessitatib; se subdit. nec
corporis infirmitati succūbit; diuinę
mentis uirtutē habens. semp contemplatur
omniū creatorē. & eū nocte dieq; colens
orationib; & letaniis placat indubitan
ter. Animę uero puritate & bonorum
actuum conuersatione ad ministe
ria se diuina conponens. purgati
ones aspsiones q; contemnens. solas
uero pollutiones peccata putans. extrin
secus inruentes casus extirpat. & omni
um absolute huiusmodi dn̄atur. n̄
p stabilitatem necessitatē q; uitę quę
libere uoluntate mutatur. n̄ mala pa
tiens ulciscitur. n̄ langore aut indi
gentia necessariorum copiosa mordetur.
s; potius gloriatur in talib;. Patientiam.
mansuetudinē mediocritatē. in omni
uita meditatur. & quantū naturę huma
nę possibile est deo esse uicinū. uelut
in transitu utens psentib;. neq; cir
ca possessionē rerū occupata constrin
gitur. neq; ultra quam opus est in psen
ti puidere forsan urget. Semp autē
simplicitatē & exercitium huius instru
ctionis laudans. beatitudinē conte
platur eternam. & ad felicē terminū omni
iniuacitate festinat. timore diuino
sine intermissione suspirans. turpilo
quia respuens. & nec usq; ad uocem

emittere patiens. quorum actiones su-
is actib; noscitur exsoluere. in breui
comprehendens necessaria nature. et cogens
corpus mediocrib; indigere. castitati lu-
xuriam subdit. iusticia punit iniusti-
tiam. et ueritate mendacium. Disciplina
rerum omnium mensuras participat.
cum proximis in unanimitate et com-
munione consistit. amicorum prouida
est. atq; peregrinorum. que propria sunt.
communia facit egentium. et tuetur utilia
singulorum. neq; gaudentib; inportuna
et tribulantib; remedium consolationis
apportans. ad uerum bonum diligentiam
suam semper extendens. Sermonib; ca-
stis sapientib; consiliis. ornatu ac uano
eloquio remotis erudiens atq; curans
uelud quib;dam medicaminib; audien-
tes. cum honore et reuerentia dispo-
sitiones suas celebrans contentione
certaminib; itaq; priuata. Nam cum
sit rationalis. omnem motum irrationa-
bilem fugit. generaliter passiones cor-
poris deuincit et anime. Huius itaq; e-
legantissime philosophie princeps qui-
dem sunt. sicuti quidam dicunt. he-
lias propheta et baptista iohannes. Philo au-
tem phytagoricus suis temporib; refert.
undiq; egregios hebreorum in quodam
predio circa stagnum mariam in colle
positum philosophatos. Habitaculum
uero eorum et cibos et conuersationem talem
introducit. qualem nunc et nos apud
egyptiorum monachos esse conspicimus.

Scribit enim inchoantes eos philosophiam
cedere omnib; sibi competentib; reb;.
cunctisq; abrenuntiare propinquitatib;
et extra muros in solitariis agris et hor-
tis inhabitare. Domus autem eis esse sa-
craria. que apud nos monasteria nun-
cupantur. et in eis conuersatione solita-
ria. honesta celebrare misteria. dili-
genterq; psalmis et hymnis placare di-
uinitatem. et ante solis occasum non gu-
stare cibum. Alios autem per tres dies et am-
plius certisq; dieb; in pauimento habere
cubilia. uino semper et sanguine haben-
tib; abstinere. cibum eis esse panis et
salis et hysopi et potum aque. mulieres
eis cohabitare. seniores uirgines propter
amorem philosophie. spontanea uolun-
tate nuptiis abstinentes. Et philo quidem
hoc modo referens. uidetur aperte quia hi qui
ex hebreis secundum eum christiani sunt fac-
ti. adhuc iudaice uiuerent eorumq; con-
stituta seruarent. Apud alios enim non
inuenitur huius uite conuersatio. un-
de conicio ex illo apud egyptios hanc
philosophiam habuisse principia. Alii
uero dicunt huic causam fuisse conuer-
sationi. persecutiones que religionis cau-
sa per tempora peruenerunt. et quoniam fugi-
entes in montib; et uallib; desertisq;
morabantur. ad modum se uite huius
assueuerunt. Siue egyptii. siue
alii quidam huic initio philosophie
prefuerunt. illud tamen apud omnes con-
stat quia ad summam reuerentiam atq;

pfectione morib; exercitationib; q;
nichil eos fari precepit. dicens se esse flauiani. Illis uero dicentibus quod non possent cum cum imperatore contendere. monuit ut de cetero ecclesie concordiam haberent. deponerentque certamen et stultas contentiones extinguerent. Paulinus inquit olim est mortuus. euagrius contra regulas ordinatus. Orientales autem ecclesie presulatum flauiano deferentes. et asia. pontus et trachia ei communione coniuncta est. Omnis illiricus illum nouit ponentem episcopis presidere. His flexi monitionibus hesperie sacerdotes. soluturos se inimicitias promiserunt. et legatos mittendos ab eo suscipere. Hoc agnoscens sacratissimus flauianus. misit rome quosdam laude dignos episcopos et antiochenos presbiteros atque diaconos. quibus preerat acacius berye. in omni terra pelagoque cantatus. Is cum aliis rome ueniens. longamque sanans odium passionem. post decem et septem annos ecclesiis restituit pacem; Quod agnoscentes egyptii. inimicitias extinguentes. concordiam fratres amplexi. Tempore quoque ecclesie romane innocentius successor anastasii presidebat. uir prudentia et intellectu decenter ornatus. alexandrine uero theophilus;

Res itaque publica Socrates. xlv. eo tempore pro huiusmodi causa turbabatur in occidentis partibus; Grammaticus quidam nomine eugenius litterarum latinarum doctor relinquens scolas suas. in palatio militabat. Erat que imperatoris antigraphius. et propter eloquentiam a multis honorabatur. Tunc ergo fertur non mediocrem cogitans cooperatorem assumpsit arbogastum de minoribus gallum ortum. militaris ordinis ducem. uirum seuum et necibus preparatum. Quo facto. declinauit ad tyrannidem. Et utique contra imperatorem ualentinianum necem machinabantur. cubicularios corrumpentes eunuchos. At illi dormientem principem suffocarunt. Hoc eugenius repente cognoscens. imperio potitur hesperie. agebatque que tyranno poterant conuenire. Hec audiens theodosius imperator. rursus sollicitudinibus obstrictus. secunda certamina post maximum preparabat. congregansque militarem uirtutem. et honorium filium designans imperatorem. consulatu suo et habundantii. decimo die ianuarii mensis. denuo ad partes hesperias magno studio festinabat. Sozomenus.

Interea euentum belli considerans. mittit ad thebaidam ad iohannem monachum tunc perspicientia clarum. Ad quem destinauit eutropium eunuchum sibimet fidelissimum. ut aut eum si uellet uenire deduceret. aut nolentem de euentu belli requireret. At ille iohannem quidem deducere non preualuit. sed mandatum retulit ei quod bello uinceret et perimeret tyrannum. et post uictoriam in italia moreretur. Socrates.

Derelictis ergo theodosius ambobus filiis in urbe constantinopoli. cum

pgeret contra eugenium bellaturus. plurimi trans histrum barbari sunt secuti eū eo pugnaturi contra tyrannū. Paruoq; temp̄ri cum manu maxima uenit ad gallias: illic enī p̄parabat bellum. ubi iam multa milia habebat exercitus;. Theodericus.

Cum igitur in quodā monte oratorium inuenisset: ibi nocte dn̄o supplicabat. Et circa galli cantū sopore compressus. uidit in somnis quasi iaceret in cāpo: & adstarent ei duo quidā uiri in uestib; albis & equis candidissimis residentes. eum q; iubentes habere fiduciā & diluculo armare milites ad uictoriā: dicebantq; se p solatio destinatos. Quorū alter iohannes euglista alter se philippū dicebat aplm. Hac uisione cōpta: nequaquā ab oratione cessauit. sed lacrimas ubiores effudit. Que uisio & alicui militi reuelata est. Q p diuersos puenit ad principē. At ille n̄ ppter me inquit hec iste uidit: sed nequis crederet quia finxi quod ego uidi. idō que etiā isti monstratum est. Nam p̄mo m̄ hoc dn̄s cōmunis ostendit;. Socrates.

Fit ḡ congressio circa fluuium uocabulo frigidū. Igitur in parte qua romani contra romanos confligebant. bella erant equalia. Unde uo barbari auxiliatores impatoris. pars eugenij potiores se uidebatur. Impator autē uidens barbaros depire. in maxima uemens constuatione. pstrauit semetipsum in t̄ra. adiutorē inuocans dn̄m. & petitione frustratus non est. Quidā enī baccurrius magist militū ei. repente sic confortat est: ut cum p̄mis ducib; concurreret ad eam partē qua barbari p̄mebantur. Quo facto disrupit acies. & in fugā mox uertit inimicos fitq; denuo ea hora miraculū. Ventus enim uehementissim inspirans. emissa iacula. ab eugenij partib; contra eos denuo reuocabat. Et a partib; impatoris ad hostes cum magna fortitudine deferebat. tantū ualuit impatoris oratio. Hoc itaq; m̄ dimicatione consumpta: tyrannus concurrens ad pedes impatoris. exorabat p meren salutē. q circa pedes eius a militib; capite sectus est. Hec gesta sunt septima decima die septēbri m̄sis consulatu archadij tercio et honorij sc̄do. Arbogast aut tantorū causa malorū. post duos congssionis dies fuga lapsus dū cognouisset quia uiuere non posset.

proprio gladio se peremit. Sozomen.

Ea siquidem tempestate pluri mi inter epōs effulgebant sicut donatus eurię hepiri. De quo dū puinciales miracula multa testent̄. maximū tam̄ ē. quod de dracone gessit. Is enī circa pontē in uia publica iacens cybū habebat. oues. capr̄s. equos. boues. & homines. abripiens deuorabat. Ad quā bestiam donat̄ sine gladio sine quolibet iaculo ueniens dū illa leuasset caput quasi uoratura uirū. Tunc ille uexillū crucis ante faciem eius digito designans in aere. in os eī expuit. Bestia u̾ sputū mox ore suo suscipiens exspirauit. quā sicut audiui octo paria boum in uicinū campū traxerunt & misso igne combusta est. Ne aerem fetore corrūpet, huius itaq; donati sepultura in signis est. Ubi oratoriū ex eī nomine uocitatur. habens fontē aquarū quē ipse fertur orationib; inuenisse. Nam dū. eēt. locus inaquosus & illic ex itinere aliquando uenisset. aiunt quia fatigatis qui cū eo erant orasset. & mox aque inundatio prupisset. & ex illo hactenus pmaneret; XLVII.

Eo tempore tomitanā & scythiam ęcc̄liam theotim̄ gubnabat uir in philosophia nutrit̄. cuius uirtutē diligentes barbari trans histrum habitantes. dm̄ romanoꝝ esse p̄dicabant. Diuinarū quippe in eo rerū expīmta. sepius pceperunt. Nam cū aliq̄ tempore iter ageret illius terrę. barbari occurrerunt ei. & dum qui erant circa eū tīore turbarentur quasi continuo morituri. ex equo descendens orauit. Porro barbari neq; eū neq; sequaces eī nec equos de quib; descend̄ant uidentes ptransierunt. Dū igit̄ crebro transeuntes scytas naturaliter feroces epulis munerib; quę mansue faceret. Quidā barbarus arbitratus eū. eē. locupletē. cępit insidiari ut eum caperet. alligaret. et traheret. Cum hoc iam p̄parasset & dexterā ad hoc haberet ut eum iactu laquearet. manus in aere mox ligata & barbarus ille inuisibilib; uinculis. ē. obstrictus. Tunc aliis p eo rogantib; supplicauit dō theotim̄ ut barbarus solueretur. XLVIII.

Eo quoq; tempore fuit epiphanius cyp̄oꝝ epīs. ad cuius sepulchrū hactenus demones expelluntur. Is enī dū substantiā p̄priā necessitatē sustinentibus erogasset. & multis quoq; offerentibus ei pecunias manu largissima dispensaret. contigit ut pecuniis deficientib; eoconomus

ecclie murmuraret. Quo facto assistens quidā in domo q̄ manebat eo conomus. sacculū multarū pecuniarū dedit. Et ita disparuit ut nec qui dedit nec qui misit agnosceret. Quod factū. om̄s diuinū esse iudicauerūt. Aliud quoq; ei libet referre miraclm. Quidam paupes studentes epiphaniū arte deludere ut eis aliquid daret. Dū iter ageret. unus eorū supinū se pstrauit in t̄ra. Alter stabat quasi mortuū deflens. nec h̄ns unde eū sepelire potuisset. Epiphanius autē supueniens. orauit ut sub quiete dormiret et sepulture necessaria pbuit simulq; consolat̄ ē. flentē dicens. Quiesce fili lacrimis. n̄ enī fletu resuscitari poterit. est enī ineuitabile qđ euenit. Cūq; discessisset epiphanius cepit ille pulsare sociū ut exsurgeret. et cū hoc semel et scđo fecisset dicens. Surge. hodie tuis laborib; epulemur. et ille penitus n̄ sentiret. Cognoscens uere mortuū. cucurrit ad epiphaniū flens et petens. ut eius sociū suscitaret. At ille consolat̄ ē. ne ferret grauit̄ qđ euenerat. Non tam̄ defunctū denuo suscitauit. Hoc enī credo puide gestū. ut n̄ dei ministri facile deludant̄. Eo tempr̄ fuit eas et zeno in palestine gaza philosophantes. Et eas fertur dū pulcherimā duxiss;

uxorē. Tercum ipsa solūmodo concubuisse et tres filios genuisse. pea uitā monachicā ad prime. eē sectatū. Zeno autē eps̄ usq; ad annoꝝ centū habens etatē. nūquā sollennib; minor fuit aut quieuit officiis; XLVIII.

Non solum hanc religionē hec t̄ṕ nobilitabant. sed etiā a bachuc et michee pphārū corpora sicut audiui hoc t̄pore. sunt ostensa reuelatione diuina. dū zebennus t̄c eleuthero politanā gubernaret ecclīam in uico qđ prius uocabatur cella. In beretasia pđio quod distat ab urbe quasi stadios decē. Circa hunc locū sepulta michee fuit quā nescientes quid dicerent puinciales o fidelem memoriam uocitabant. L.

Igitur theodosius imperator. p̄ laborē publicū corpore fatigat̄. et spans ea se egritudine moriturū. potius de republica cogitabat. Considerans que solent hominib; puenire impatore mouente. Filium itaq; honoriū de constantinopoli. uelociter euocauit. Ordinare uolens partes hesperias. Cūq; filius mediolanū uenisset ex egritudine releuat̄ circū de uictoria celebrabat. Et ante p̄ndiū quidē spectaculū quasi sanus exhibuit. p̄ p̄ndiū repente pregrauatus est. ad spectaculū ue

nire non potuit; filium tamen ludi spectaculo adesse precepit. Superueniente uero nocte defunctus est. Consulatu olibrii et probini. septima decima die ianuarii mensis anno primo ducentesime nonagesime quarte olimpiadis. Vixit autem imperator theodosius annis sexaginta. ex quibus sedecim imperauit;·

Historie ecclesiastice. lib. ix. explicit. Incipiunt tituli lib. x.

De successione archadii et honorii.
Quomodo honorius ludum gladiatorum remouerit.
De morte nectarii constantinopolitani et ordinatione actibusque iohannis.
Quomodo eutropius prepositus imperatoris fuerit interemptus.
De conuersione celticorum per iohannem.
De gaina magistro militum eiusque rebellione.
De questione inter egyptios monachos exorta. utrum deus corporeus sit an incorporeus.
Quomodo hymni nocturni a iohanne sunt incepti.
Quia episcopo ignatio angelorum dominum laudantium uisio sit ostensa.
De inimicis iohannis.
Quomodo epiphanius cypri iohanni fuerit inimicus.
Quomodo iohannes habuerit epiphanium.
Cur augusta grauius et per quos iohanni facta sit inimica et quomodo fuerit exilio deportatus.
Quomodo sit reuersus et denuo a calumniatoribus impetitus.
Qualiter iohannes tractauit augustam.
De insidiis que iohanni fiebant.
De secunda depositione iohannis et de facto schismate propter eum.
De exilio et de morte iohannis.
Quomodo ylliricus et occidens propter iohannem ab orientalibus se suspendit episcopis.
De ordinatione arsacii constantinopolitani et eius odio propter iohannem.
De eutrophio lectore propter iohanne tento.
De morte arsacii et ordinatione pontificis. attici.
De successione diuersorum patriarcharum.
De concussionibus quas barbari reipublice faciebant.
Quomodo alexander antiochenus episcopus discordantem populum ad unitatem reuocauit ecclesie.
Quomodo corpus iohannis constantinopolim fuerit reuocatum.
De laudibus theodosii minoris.
De miraculis contra persas gestis.
De successione pontificum.
De uirtutibus adde apud persas episcopi.
De hormisda apud persas nobilissimo confessore.
De saminide persas confessore.
De beniamin persico diacono eiusque martyrio.

De theodoto antiocheno epo et theodoro mopsu esteno pontifice.
De fine imperatoris archadii;. Expliciunt tituli libri. x.

Defuncto theodosio ei imperio filii successerunt. archadius in oriente. honorius autem in occidente. Hoc tempore romanam damasus presidebat ecclesiam. in alexandria. theofilus. hierosolimis iohannes. flauianus antiochenam tenebat sedem constantinopolitanam que nectarius. Igitur circa octauam diem nouembri mensis eodem consulatu. corpus theodosii delatum cum sollempni honore. ab ardio filio sepulture contradictum. Post paucos uero dies id est uicesima septima eiusdem mensis. etiam exercitus qui cum imperatore theodosio fuerat contra tyrannum reuersus est. Et dum imperator archadius secundum consuetudinem ad portas occurrisset exercitui remeanti. tunc milites rufinum prefectum imperatoris peremerunt. Erat enim suspectus quasi tyrannidem posset assumere. Dicebantur autem quia hunnos ipse in romanorum prouincias euocasset. qui tunc armeniam et partes orientis ualde uastabant. Theodoritus.

Honorius itaque suscipiens occidentis imperium. ludum gladiatorum qui dudum rome celebrabatur: huiusmodi causa remouit. Quidam telemachius conuersatione monachica per hac causa ab oriente uenit romam. Dumque nefandum illud spectaculum ageretur. et ipse intrauit in stadium et descendens. nitebatur pugnantes aduersum se gladiis separare. Cumque spectatores aduersum eum seuirent. et in effusione sanguinis grassarentur. pacis lapidibus occiderunt. Hoc agnoscens mirabilis imperator: illum quidem inter uictores martyres numerauit. nefandum uero spectaculum prorsus abscidit;.

Pauco tempore transeunte. etiam nectarius constantipolitanus episcopus defunctus est consulatu cesarii et attici septima et uicesima die septembri mensis. Mox quoque studia generantur episcopatus. aliis alium ordinari cupientibus. Nouissime uero placuit ut ab antiochia iohannes euocaretur ecclesie presbiter. Erat eius doctrine fama mirabilis. Intra paucum quoque tempus communi decreto omnium clericorum et laicorum. imperator archadius euocauit eum. et propter dignitatem ordinis cum ad eerit ex imperiali iussione plurimi episcopi. etiam theodophilus uenit alexandrinus. qui studebat quidem iohanni detrahere. et isidorum suum presbiterum ordinare. Diligebantur enim eum quoniam aliquando sustinu-

erat p eo tale piculum. Cum impator theodosius adu̇sus maximū tyrannū decertaret. theophilus p isidorū xenia misit impatori. et duplices misit ep̄las. mandans ut alias ep̄las ñ uincenti daret. Porro uictori et munera et alias porrigeret litteras. has dū isidorus portasset rome ueniens. uictoriam sustinebat. sed non diu latuit. Quidā enī lector rapiens ep̄las demonstrauit impatori. Quā obrem ysidorus terrore cōphensus in alexandriam fugit. celare uolens qđ fuerat ei mandatū. Ob quā causā ysidorū theophilus diligebat. uerū palatij iudices p̄posuere iohm. Cūq; multi theophilū accusarent. libellos adu̇sus eū p diu̇sis causis p̄sentib; ep̄is obtulerūt. Tunc ppositus palatij eutropius nomine. sumens accusationis scripta ostendit theophilo dicens. Aut ordina iohem aut accusationes uenient ad examen. Hinc p̄territus theophilus. iohm orauit epm. Qui suscepit episcopatū sexta decima die februarij mēsis. consulatu honorij impatoris et eutychiani p̄fecti. Quia u̇ iohs uir fuit oīno p̄clarus. ex libris quos reliquit agnoscitur. cuius uitā. genus conu̇sationē. et queadmodū sit depositus. et morte potius honoratus exponā. Iohs itaq; fuit antiochenus filius secūdi et antuse nobiliū psonarū discipulus sophiste libanij. et auditor andragathij philosophi. Cūq; se ad aduocationē p̄pararet. considerans molestias litigantiū iniustitiq; uite ppositū. potius elegit quietē. Et hoc fecit emulatus euagriū qm̄ et ipse dū isdē studijs eēt usus. quietā magis secutus. ē. uitā. Mox ḡ mutato schemate pariter et incessu. diuinis lectionib; incūbebat. Et frequentius ad scām concurrebat ecclam. Hoc agens. psuasit etiā theodoro et maximo qui fuerant cū discipli eius apud sophistam libaniū. ut pōposā relinquerent uitā. et simplicē sequerentur. Quorū theodorus p̄ea ep̄s mopsuestene ordinatur ecclie. maximus autē seleucie isaurie. Tunc itaq; isti fiunt discipli in lectione diuina. diodori atq; charterij. qui eo tp̄r sacris monasterijs p̄sidebant. S; diodorus postea tharsi ordinatus ep̄s. multos conscripsit libros. sacrās ad litterā intuens scripturas. Porro iohm de gente cū basilio tūc amelętio facto diacono. et postea cesarie cappadocie p̄sule constituto. zeno ep̄s a hierosolimis reu̇tens. lectorē in ecclia antiochena constituit; in quo adhuc officio positus. librū edidit contra

Marginal note: ordinauit

iudeos. Post paucum uero tempus etiam diaconatum a meletio promerens. de sacerdotio alium fecit librum. aliosque plurimos explanauit. Postea uero meletio in constantinopolitana urbe defuncto recedens iohannes a meletianis. et neque paulino communicans. tribus annis continue sub quiete degebat. Postea uero paulino moriente ab euagrio eius successore presbiter ordinatur. Ante episcopatum itaque hoc modo conuersatus est. Fuit enim uir ut aiunt propter zelum castitatis seuerior. et amplius quam habebat a iuuentute sua. furori magisque quam reuerentie se prebebat. Et propter uite rectitudinem incautus prospicere de futuris propter simplicitatem uero oris libertate profusus. apud colloquentes non mediocriter utebatur. docendo precipuus; erat utilis ad corrigendos audientium mores in confabulatione uero arrogans a nescientibus putabatur. Cum ergo talis moribus esset. episcopatu suscepto. maiori fastu quam debuerat utebatur. clericorum suorum corrigere uitam uolens. Mox ergo in ipso initio cum clericis asper uideretur ecclesie. erat plurimis odiosus et ueluti furiosum uniuersi declinabant. Compellebat enim eum ut omnes offenderet serapio diaconus eius. qui aliquando presentibus clericis hunc protulit magna uoce sermonem. Numquam poteris episcope hos corrigere. nisi uno baculo percusseris uniuersos. Quo dicto maiora contra eum odia concitata sunt. Non post multum uero tempus plurimos clericorum pro diuersis exemit causis. At illi conspirantes aduersus eum etiam de rogationibus apud populos utebantur. Quarum rerum faciebat maximam fidem eo quod nec ullum secum comedere pateretur. nec ipse ad alium inuitatus accederet. Dicebant enim quidam propterea noluisse eum cum quocumque comedere. eo quod turpiter manducaret escasque perperet. Alii uero propter excellentem ciborum continentiam. hoc eum facere predicabant;

Sozomenus.

Ego tamen a quodam uiro ueraci referente audiui. quod propter abstinentiam capite et stomacho sepe dolebat. et ideo prandiorum epulas euitabat;

Socrates

Porro populus propter sermones quos in ecclesia faciebat diligebat eum. paruipendens acusatorum uoces. Quales uero sint eius libri. non oportet nunc dici. quoniam legentibus poterunt indicari. Igitur dum clero tantummodo esset infensus machinationes contra eum non omnino ualuerunt. Dum uero etiam plurimos procerum obiurgare cepisset. tunc inuidia contra eum maior accensa est. Et quidem plurima dicebantur. multam quoque facie

bant audientibus fidem; IIII.
Eius de rogationib; dedit aug-
mentū omelia contra eutropiū
tunc plata. Eutropius enī eunuch
ppositus imperatoris. & habens con
sulis dignitatē. uolens in quib;dā
refugientib; ad ecclesiam uindica-
re. studuit ab imperatorib; legem
poni iubentē. ut nullus ad ecclesias
confugeret immo qui dudū re
fugerant traherentur. Sed dis se
cutū est repente iudiciū. Erat q̃
pposita lex. Post paucos uero dies
cū ipse eutropius offendisset i-
peratorē inter refugas erat apud ec
clesiam. Eps quoque eutropio sub altare
iacente nimioq; repercusso timore.
residens sup ambonē ubi solebat
prius facere consuete sermonē. o
meliā increpatoriā fecit aduersus
eū. Unde magis plurimos offen
debat eo quod homini in infeli
citate posito. non solū miseratus
non est sed etiā nec obiurgare
desisteret. Igitur eutropii tunc
consulatus dignitatē habentis.
ppter quedā uicia caput impera
tor iussit auferri. & ex ordine con
sulū ei nomē penitus abrogari.
Quā obrē theodori solū nomē qui cū
eo consul fuit nomē ascriptum ē.
Diuersis igitur causis multos sepius
fiducialiter obiurgabat. & pluri
mis erat odiosus. Unde theophi
lus alexandrine ciuitatis eps.
mox post ordinationē causas ei
delectionis inquisiuit. Et qui
busdā parentib; de eo latenter
obloquebatur. multis etiā longe
positis scribebat. Contristabatur
enī non solum pfiducia iohannis.
sed quia etiā ysidorum presbiterum suū
epm constantinopoleos ordi
nare non ualuit; Theodoretus.
Sacerdotibus igitur iohs eps sup
plicabat ut secundum ecclesiasticas
uiuerent sanctiones. Quas quicumq;
preuaricari presumerent. eos ad princi
pem phibebat accedere. Dicebat
enī quia nec deberent frui hono
re sacerdotii. qui eorū uitā contēp
nerent imitari. Non solū enī p
uidentiā urbis constantinopole
os habebat. sed etiam totius
thracie que sex prouinciis ē diui
sa. & que undecim administra
tionib; dispensatur. His legib;
ordinabat etiā ponticā regionē.
que totidē iudicib; gubernari di
noscitur. Cumq; cognouisset in
phenice adhuc demonib; sacri
ficia ministrari. electos mona
chos & imperialib; sanctionibus
coarmatos aduersus cultores desti
nauit idolorū. dans pecunias tē
plorū destructorib; erogandas.
non ex erario publico. sed quas a
fidelissimis mulierib; oblatas
sponte percipiebat; V.
Uidens igitur etiā poplm celti

corum arrianis retib; laqueatū. & cogitans de eorum capienda salute. consilium huiusmodi uenationis inuenit. Eiusdē nāq; lingue presbiteros. diaconos. atq; lectores fecit. & unā eis ecclesiam dedit. Qua occasione multos eorum cepit dum & ipse frequenter illuc iret. & per interpretem celticū diuinas lectiones exponeret. Hec ergo intra ciuitatē crebro faciens. plurimos eius gentis arrianorum ad apostolica dogmata reuocauit. Apud scythas autē quidā erant desiderium salutis habentes. quo non poterant peruenire. Quod iohannes agnoscens. quesiuit uiros apostolico zelo feruentes eosq; direxit. & desiderantib; salutis gratiam ministrauit. Ego autē etiā litteras eius legi ad leontium ancyre presulem. quib; indicauit. scytas fuisse conuersos. In nostra prouincia cognoscens in quibusdā uicinis martionis creuisse langorē. scripsit eius loci pastorib; ut eos pellerent. insuper etiā principis per hac causa proferri petiit sanctionem ;· VI.

Gainas quidā genere celticus consilio barbarus studio tyrannico uehementer elatus. eo tempore cū esset magister militū multos sue gentis. multos etiā romanorum sub suo magisterio habens timorē plurimis etiā ipsi principi meditatione tyrannidis inferebat. erat q; arrianus. Is ergo rogauit imperatorē ut intra ciuitatē ei unā daret ecclesiam. At ille eū se placare promisit. Tunc euocans iohannem eiq; potentiā illius meditatāq; tyrannidē dicens. petebat ut data ecclesia ei refrenaret intentionē. At ille uirtute fortissimus. noli inquit o imperator hec permittere neq; sanctum canib; dare. Non enim possum deo benedicentes expellere. & sanctum tēplū blasphemantib; iniuste concedere. Neq; hunc barbarū metuas imperator. sed ambos nos iube uocare & sub silentio inter nos que dicuntur audi. Ego nāq; linguā illius sic frenabo. ut non presumat petere que dari non expedit. Hoc audiens imperator gauisus est. & utrumq; altera die uocauit. Cumq; gainas petitionē poscebat suā. iohannes contradicebat dicens. Non licet imperatori pietatē custodienti aliquid contra mandata diuina presumere. Cumq; responderet ille quia oratoriū & ipse habere deberet. iohannes ait. Ubiq; tibi diuina domus apta est et nullus te uetat orare. At ille. Sed ego inquit alterius secte sum. & cū meis unū templū habere deposco. Multos enim pro romana republica labores assumpsi. & non debeo in me a petitione contemni. Cui iohannes. Plurima inquit premia & que trans-

cendant tua certamina p̄cepisti. Magister militū factus consulari toga insup ordinatus. & oportet te considerare qui dudū fueris. & q̄lis m̄ conspiciaris. et que prisca paupt̄as. & que moderna substantia. Quib; uestib; utebaris antequā hystrū transisses. & quib; nunc uteris considera. Igitur quia pauci laborē maxima t̄ p̄mia contulerūt. Et circa honorantē te n̄ sis ingratus. His sermonib; tant' ille doctor obstrux̄ os gaine eumq; compulit ut taceret;. Socrates.

Igitur dū gainas adipisci desiderares imp̄iū. quid dudū de sua fide apud beatā martyrē euphemiā in calchedonia impatori archadio p̄misisset. diūsa consilia reuoluebat. & in sua intentione semp instabat. Cūq; p diem nichil in urbe constantinopolitana agere potuisset. machinatus est. ut nocte barbaros mitteret qui palatiū concremarent. Tūc eni apte monstratū est quom̄ d̄s custodiat ciuitatē. Missis eni ab eo barbaris ad incendiū atq; p̄das. anglo& turba apparuit armato& ingens corpus habentiū. Illi uero putantes. ee̅. milites abscesserunt. Cumq; hoc gaine fuisset nuntiatū incredibile uisū est. Nouerat eni quia cunctus exercit' p ciuitates fuerat constitutus. Qua p̄pt' denuo futura nocte alios destinauit. Cumq; idē ei renuntiatū fuisset. denuo eni angli eandē uisionē barbaris ostendebant. Nouissime ipse egressus cū multitudine. miraculi sumsit exp̄imentū. arbitratus reuera quia p diē quidem lateret exercitus. nocte u̇ p eī custodia poneretur. Et ita dū intra urbē nichil posset implere. eg̃ssus ad tr̃achiā. apte hostilem monstrauit intentionē;. Theoderitus.

Cum igitur aliquantulū transisset temp'. diu meditatā tyrannidē gainas patefecit. Collecto naq; exercitu. p tr̃achias uniūsa uastabat. Hec agnoscentes. et iudices & populi t̄rebant̄. & neq; repugnare illi quilibet p̄sumebat. neq; apud eū legationē fungi. dū aspitatē barbaricā formidarent. Tunc ḡ tāquā metuentes relinquis impator iohi uiro s̄cissimo onus legationis imposuit. At ille neq; illius resultationis memor. neq; inimicitiarū. que hinc exorte uidebantur. alacriter est p̄fect' ad thracias. At ille cognoscens legatū eiq; fiduciam p pietate sic licent' assumptā. occurrit ei longo itinere eiq; dexterā suis oculis circū posuit. Insup etiā suos filios sacra ei genua osculari p̄cepit. Hui' ḡ uirtutis iohs fuit. ut & ualde t̄ribiles humiliari coget' & timere;

Ea tempestate Socrates. vii. questio mota fuerat utrũ d̃s corpus est. & hominis habet schema. an certe incorporeus & schemate humano omnimodis alienus. Ex qua questione contentiones & certamina plurima surrexerũt. aliis hoc aliis ad firmantib; aliud. Maxime tamẽ simplices monachoꝝ corporeũ & humane forme dñm ẽẽ iudicabant. Plurimi ů reprobantes illos. dñm incorporeũ ẽẽ dicebant. & forma corporea segregatũ. Cum quib; theofilus quoq; alexandrinus consonabat ep̃s. ita ut in ecc̃lia corã pop̃lo contra eos qui humane forme dñm asseuerãt contenderet. & dñm incorporeũ suo dogmate definiret. Hec agnoscentes egyptioꝝ monachi uenerũt alexandriã. & seditionẽ ꝯt theophilũ uelut impiũ excitarũt. ita ut eũ occidere niterentur. hoc ille cognoscens. cogitauit quẽadmodũ euitaret mortẽ. Quos sub blandimẽto suscipiens. hec eis loquutus est. Sic inquit uos uidõ sicuti d̃i uultũ. Hoc dictũ monachos a suo impetu reuocauit. At illi. Si uere inquit dicis q: d̃i uultus sic ẽ sicut & nr̃. anathematiza libros origenis. Ex ipsis enĩ quidã aduersant̃ opinioni nr̃e. Si enĩ hoc ñ feceris que impiatoꝝ & d̃o rebelliũ sunt a nob sine dubio sustinebis. Ego inquit theophilus que uob placent facio. nolite in me seuire. Nam & ego inimicus sũ libroꝝ origenis. & culpo suscipientes. Sic g̊ monachos declinauit. Et forsitan ideo hec questio actenus est ablata. Post hec huiusmodi causa prouenit. Egypti monasteriis quattuor uenerabiles p̃sidebant uiri. dioscorus. ãmonius. eusebius. euthymius germani. qui p corporis magnitudine longi uocabant̃. sermone uitaq; fulgentes. & pp̃tea apud alexandrinos egregii. Sed etiã theophilus eos honorabat ep̃s. Quã obrẽ dioscoꝝ uiolent̃ tractum hermopoleos fecit ep̃m. Duos autẽ eoꝝ rogauit ut habitarent cũ eo. & uix ut ep̃s ĩpauit. factosq; clericos ecc̃lie economos instituit. Cumq; illi estuarent cur minus p̃positũ sue conuersationis implerent. & p̃cedenti tẽpr̃ uiderent animas suas ledi. dũ ep̃s pecuniã osam habere uitã. & multũ auri studiũ congregandi. repudiabant ẽẽ cũ eo. & deserti potius habitaclm diligebant. Dũq; ille nesciens eoꝝ uoluntatẽ s̃ eos ad eẽ deposceret. postea uidens quia eis ipse potius displiceret. iratus intiminabat̃ eis. At illi hoc paruipendentes. abscedunt. Porro theophilus cũ animo fer-

uens esset uisus est. ut uiros illos
qua posset arte uexaret. & fratrem
interim eorum dioscorum habebat o-
diosum. Contristabatur enim quia
eos turba diligeret & coleret mo
nachorum. & sciebat quia eis aliter
nocere non posset. nisi monachos de
bellaret. Probauerat quoque quod
crebro cum eis habito sermone
faterentur incorporeum esse dominum. &
non humane forme ne forte necessi-
tate humane forme. humana
quoque passio sequeretur. Et cum
sic theophilus saperet. tamen ut se
uindicaret. quod bene prius predi-
cauerat inmutauit. Mittens enim
in heremum plurimos monachorum
simplicium & spiritali exercitatio
ne carentium est uenatus dicens.
non oportere sequi dioscorum neque fratres
eius dicentes incorporeum esse dominum.
Deus enim secundum diuinam scripturam &
oculos habet & aures & manus & pe
des sicut & homines. Dioscorus
autem eiusque sequaces sequentes ori
genem. dogma blasphemum intro
ducunt. quasi deus nec oculos nec
aures nec manus habeat neque
pedes. Hac seductione mona
chorum plurimi sunt decepti. et
seditio feruentissima suscitatur.
Sed exercitati uiri seducti non sunt.
Simplices autem ardore fidei re
pente contra fratres insurgunt. Et
facta diuisione alterutros impe
tebant. Theophili sequaces ori
genistas & impios appellabant
fratres; isti uero sequaces theophili hu
mani formianos uocabant. Ob
quam rem orta inmani seditione.
theophilus cum armatorum multi
tudine uenit in nitriam contra
dioscorum eiusque fratres. At illi uix fuga
ualuerunt declinare pericula;

Dum hec in egypto VIII.
fierent. iohannes constantinopo
litanus doctrina florebat. & apud
cunctos fauorabilis habebatur.
Auxitque primus in nocturnis hym
nis orationes ob huiusmodi cau
sam. arriani sicut dictum est foras
ciuitatem collectas agebant. Sab
bato autem atque dominica inter portas
& per porticus congregati. hymnos
& antifonas ex arriano dogma
te compositas decantabant. & hoc
maxima noctis parte facientes. di
luculo cum ipsis antifonis per mediam
ciuitatem egressi portam ad suam ecclesiam
concurrebant. Cumque hoc crebro
quasi ad uituperationem orthodoxorum
facere non cessarent. frequenter enim
etiam hoc cantabant. ubi sunt qui
dicunt tria uirtute unum. Tunc
iohannes metuens ne simplices huius
modi cantibus traherentur. instituit
suum populum ut & ipsi nocturnis oc
cuparentur hymnis quatinus & illorum
obscuraretur opus & fidelium professio
firmaretur. Studium quidem iohannis nimis

utile. cum turba piculisq; finitũ ẽ.
Nam dũ clariores hymni omo-
usianorum noctib; apparerent. fe-
cerat enĩ etiã cruces argenteas q̃
cũ argenteis cereis portabantur.
expensas ad hec eudoxia augusta
p̃bente. Tunc arriani zelo tracti-
que ad neces insurgunt. Vna q̃
nocte facta congressione petra
fronte pcussus. ẽ. brison eunuchus
augustę. qui ad hymnos excendos
fuerat deputatus. Sed etiã quidã
ex populo utriusq; extincti sunt.
In his motus impator. phibuit ar-
rianos hymnos publice decantare;

Dicendum tamen ẽ unde. IX.
sumpsit initiũ. ut in ęcclia
antifone decantent. Ignatius
antiochię syrię tcius p aplin petrũ
eps. qui etiã cũ ipsis degebat aplis.
uidit angloz uisionẽ quom p an-
tiphonas scę trinitati dicebant
hymnos. Isq; modũ uisionis an-
tiochenę tradidisse pbatur ęcclię.
& ex hoc ad cunctas transiuit ęcclas;

Fertur enĩ Sozomenus.
qm int alia iohs etiã p seueria-
no gabalensi epo odiũ augustę
conceperat. Is enĩ seuerianus et
antiochus ptolomaidis ambo elo-
quentissimi & corã ęcclia docere
pparati. Veniens g p̃us antioch
constantinopolĩ eloquentia pmot
atq; pecuniis ditat. in suã reuisus ẽ.
ciuitatẽ. P cuius zelo seuerianus
post ea uenit. Vidensq; iohem freqn-
ter in ęcclia. sermone facto mirabilis
apparebat. Erat q; honorabilis apud
multos pceres & apud ipsũ impatorẽ
parit & augustã. Cumq; iohs pre-
xisset in asyam huic cõmendauit
ęccliam. Credebat enĩ ei blandim-
tis quia eũ reuera diligeret. At ille
magisse auditorib; cõmdabat. Qd
dũ iohs audisset serapione nun-
tiante zelatus est. Reuersoq; ab a-
sya iohe contigit transeunte seue-
riano ut custodio ñ assurgeret
serapio. At ille exaspatus clamauit.
Si serapio clericus mortuus fuerit.
xps in humanatus ñ ẽ. Ob quã rẽ
accusatus a serapione uelut iniu-
riosus & in dm blasphemus. ciuita-
te pulsus ẽ a iohe. Quod augusta
cognoscens. p familiares seueria-
ni mox eũ a chalcedona fecit euo-
cari. Porro iohs multis rogantib;
eũ uidere refugiebat. donec in
aplorũ ęcclia ei genib; poneret
augusta theudosiũ filiũ suum
supplicans & sepe coniurans. ut
seuerianũ suo reconciliare affec-
tui;. Socrates.

Interea monachi ab heremo ad
constantinopolĩ ueniunt cũ dios-
coro & fribus. Cum quib; ysidorus
qui theophili amicissimus dudũ.
ob huiusmodi causã postea fuerat
inimicus. Petrus quidã archipbr
alexandrinę fuit ęcclię. Hic theo-

philus ab ecclesia odio faciente pie-
cit culpans eum quasi mulierem
quandam manicheam non primitus ab
renuntiantem heresim. in commu-
nionem sacram suscepit. Cumque petrus
diceret se eam iussu theophili susce-
pisse. illo negante ysidori testimo-
nium petrus implorabat. quia hoc
actum non ignorasset episcopus. Eo tempore
ysidorus rome degebat a theophi-
lo missus ad damasum. ut ei flavi-
anum antiochie reconciliaret episcopum.
Verum reversus ysidorus petri res-
ponsionem veram esse firmavit dicens.
quia mulier manichea cum episcopi
fuisset iussione suscepta. Hinc
accensus theophilus. ambos ex-
pulit ab ecclesia. Ob hanc ergo causam
ysidorus cum dioscoro et reliquis
constantinopolim venit ut princi-
pi et iohanni eius facta narraret. Hec
iohannes agnoscens. honorabat prin-
cipio viros eorumque fruebatur orationi-
bus. communione vero sacra cum eis ante
cause cognitionem participari non vo-
luit. His ita gestis. pervenit ad the-
ophilum sermo falsus quasi iohannes illis
communicasset et eis ferret auxilium.
Parabatque ut non solum de dioscoro et
ysidoro semel ulcisceretur sed etiam
iohannem episcopatu deponeret. Misit
ergo ad singularum episcopos civitatum epistolas
celans intentionem suam. culpans
tamen origenis libros. Deinde e-
piphanium cypri fecit amicum
cum prius eius fuerit inimicus tamquam
de deo minus saperet. eumque formam
hominis habere iudicaret. Tamquam si
ex penitentia eius se professus esset sequi
sectam. egitque ut synodus episcoporum
cypri celebraretur. quatinus libri
dampnarentur origenis. Porro e-
piphanius propter nimiam sui reve-
rentiam atque simplicitatem circum-
ventus constituta synodo lectionem
librorum origenis interdixit. Misitque
litteras ad iohannem monens ut se ab
origeni an a lectione suspenderet.
et synodo congregata que pla-
cuerant etiam ipse firmaret. The-
ophilus igitur famosissimum epipha-
nium circumveniens et agnoscens
sua vota perficere. etiam ipse collec-
tis episcopis libros clamavit origenis.
qui pene ante ducentos defunc-
tus est annos. non quia huiusmodi ha-
beret intentionem. sed studens dios-
coro eiusque nocere sequacibus. Iohannes
autem parvipendens que ab epi-
phanio et theophilo fuerant nun-
tiata in doctrina ecclesiastica la-
borabat et in ea quidem florebat.
nichil tamen de his que contra eum co-
gitabantur sepe curabat. Cumque
theophilus iam manifesto studere
videretur ut iohannem episcopatu de-
poneret et etiam inimici iohannis the-
ophilum sunt secuti. et multi cleri-
ci multi procerum palatii tempus inve-
nientes oportunum. nitebantur

ut synodus constantinopoli fieret
contra iohannem. et hoc tam epistolis sibi missis
quam uerbis mandabant. dixit igitur
odium iohanni causa seueriani et
antiochi episcoporum que supra relata est;
Post paucum uero tempus episcopus XI.
ephiphanius constantinopo
lim uenit portans dampnationem
librorum origenis. Quibus non quidem
ipsum origenem excommunicatum de
creuerant. sed libris tantummodo deroga
uerant. Egressus igitur ad basilicam
sancti iohannis miliario ab urbe septi
mo constituta et collecta ibidem
celebrata. ordinatoque diacono.
rursus uenit in ciuitatem. Et in
uitationem quidem iohannis declinauit
causa theophili in priuata uero mansio
ne habitare magis elegit. Et uo
cans tunc presentes episcopos. dampnationem librorum
origenis legebat eis. Et quidam
habentes ephiphanii reuerenti
am subscribebant. plurimi autem
hoc facere recusabant. Quorum
fuit etiam theotimus scythie presul
qui ita respondit. Ego inquit
o ephiphani neque ei qui dudum
bene requieuit iniurias infero.
neque blasphemam temptare presu
mo. dampnans ea que priores nostri
respuere noluerunt. Proinde neque
malam doctrinam in libris origenis
legit et ecclesiasticas expositiones
ostendit ac postea procedens dicebat.
Qui his contumelias infert nescit

ciunt semetipsos. Hec igitur theo
timus uite rectitudine formosissi
mus ephiphanio respondisse fertur.
Sed eo quoniam detractatores plurimi
subripientes ueluti blasphemum
respuunt origenem. pauca de his
dicere non uidetur absurdum. uiles
homines et qui per semetipsos nequ
unt apparere. uituperando melio
res esse se aliquid conantur ostendere.
Hoc passus est primo methodius
lycie olimpi ciuitatis episcopus. deinde
eustathius pauci presul temporis.
et post eum appollinaris. nouissime the
ophilus. Isti derogabant orige
ni et taliter ob aliam causam ad accu
sationem eius accesserunt. Methodius
igitur cum multum derogasset primitus
origeni. postea uelut ex penitentia
miratus uirum in dialogo quem at
titulauit xenon sic ait. Sed quid
amplius ego de illorum querimo
niis factis contra origenem loquar.
Dum enim culpant eum pro quibus pu
tant causis et nichil quasi male
credentem de sancta trinitate repperiunt.
ostenduntur in eo magis pietatis
et rectitudinis testimonia perhi
bere. Athanasius autem defensor
niceni concilii libris propriis contra
arrianos uoce clara testem sue fi
dei hunc uirum uocat illius libros
contingens suis. et hec dicens. mi
rabilis inquit et laboriosissimus
origenes. hoc de filio dei nobis

esse conspicio. Tunc proferens libros eius origenis

testimoniū phibens ait. coeternū
eū asseuerans patri. Ignorant igitur
semetipsos derogatores origenis.
etiā laudatorē eius athanasiū blas
phemantes. Hec de origene dic
ta sufficiant nunc sequamur historiā.

Iohannes igitur constantinopoleos XII.
indignatus non est. cur absq; regulis
in eius ecclia ordinationē fecerit e
piphanius. sed tamen rogabat ut inter
epōs cū eo maneret. At ille nec
manere secū eo nec orare respon
dit nisi dioscorum et qui cū eo erant
urbe depelleret. et ipse in librū
origenis dānationē subscriberet.
Iohē hec facere differente et dicen
te non oportere ante catholicā cogni
tionē aliquid facere petulanter. ad hoc
consiliū ab inimicis iohis ephi
phanius instigatur. Cum esset in a
plorum ecclia celebranda collectio.
procedere faciunt ephiphanium et
corā omni poplo origenis dānare
libros. et adiudicare dioscorum eiq;
sequaces. simul quoq; derogare
iohi uel ut eorum defensori. Hec iohi
nuntiantur. Altera uero die dū iā uenisset
ephiphanius ad eccliam. hec per se
raphionē uerba mandauit. Contra
regulas multa gessisti. o ephipha
ni. primū quidē quia ordinationē
fecisti in ecclia sub meo iure con
stituta. Deinde quia me non iuben
te. in eis auctoritate propria sacra ce
lebrasti. Rursus quia inuitatus
excusasti. et nunc denuo in te ipse
confidis. Quapropter obserua ne turba
nascatur in poplo. et huius rei piclm
ipse suscipias. Hec dū audisset e
phiphanius ab ecclia formidatus
abscessit. Cumq; reuisurus esset ad
cyprū ferunt quidā hec eū man
dasse iohi. Spero quod non moriaris epīs.
At ille remandauit. Spero te ad
tuā patriā non redire. Hec utrū uere
dicta sint nescio. Ambo tamen hunc
habuere finē. Nam nec ephipha
nius uiuus peruenit ad cyprū sed in
naue defunctus est. Et iohis post pau
lulum episcopatu depositus est.

Cumq; ephiphanius XIII.
discessisset. peruenit ad iohem
quoniam eudoxia augusta eū contra iohem
armasset. Et hinc accensus lingue
ubertate sermonē fecit in poplo. cunc
tarū mulierū uituperatione plenū.
Hunc sermonē poplus omnis arri
puit. quasi contra augustā platus esset.
ita peruenit ad aures imperatorum. Que
augusta cognoscens. uelut iniuriā
suā narrauit imperatori. dicens illi
esse magis contumeliā que eius uxori fie
bat. Quā obrē gestū est ut theophilus
contra eū quā uelociter synodū cele
braret. quod etiā seuerianus simul
agebat. Erat enim adhuc inimicus.
Inter hec theophilus uenit multos
simul epōrum mouens. Confluebant
igitur plurimi iohis inimici. Aderant
etiā quos episcopatu remouerat. Omnes igitur

concordit' in calchedona conuener'.
ubi tc erat eps quirinus. multa cont'
iohm loquens impiu eu supbuq;
uocans. Epi u delectabant' in talib.
Porro maruthas mesopotamenus
eps nolens cyrini calcauit tc pede.
& ille dolore constrict' constantino
polim cu epis transire non potuit.
alij sunt transuecti; Sozomen'.

Postea u cu dolore laboraret. ei'
crus frequent' abscisu e. quia
putredo pene omne corp' ei' inua
serat. & pede aliu iam serpebat. Js
g° p' paululum temp' e. defunctus;.

Theophilo aute Socrates.
ab alexandria ueniente null'
occurrit nec sollem honore potit' e.
Erat eni apertissimus inimicus. S;
alexandrini naute qui tc uenant
cu frumtis occurentes. eu fauora
bilit' susceperunt. Cumq; uenisset
constantinopoli. refutauit in ecclā
introire. s; in una domo augustar
uocabulo placidiana tc habitauit.
Hinc g° ceperunt cont' iohm moue
causas. & non ia de libris origenis
memoria ferebat'. s; has accusatio
nes illicitas excitabant. His ita
pparatis conuenientes epi in sub
urbano calchedonensi qd rufini
nomine uocitat'. ubi e. in honore
petri & pauli aplor basilica consti
tuta. euocauer't iohm satis factu
ru p quib; accusabat'. Jusserq;
ut cu eo uenirent seraphion. & ti
grius eunuchus prbt & paul' lector.
Jsti eni simul accusabant'. Cuq; iohs
euocantes uelut inimicos refutaret.
uniusale synodu fieri pclamauit.
At illi nich morati. quat' eu euoca
uer't. Qui cu noluisset occurrere.
s; synodu fieri pclamaret. dāna
uer't eu in nullo culpantes. n quia
uocat' noluit obedire. Duq; hoc fu
isset circa uespa nuntiatu. popls
ad sediciones maximas excitat' est.
& nocte concurrentes eu trahi ab
ecclia n sinebant. sed clamabant.
ut apud maius conciliu de eo agi
taretur examen. Porro iussio pn
cipis imminebat uelocit' eu eici.
& exilio deportari. Hoc agnoscens
iohs. tcia dānationis die circa me
ridie semetipsu poplo ignorante
contradidit. Cogitabat eni ne ul
la ppt' eu seditio nasceret'. Et ille
quide exilio ducebatur. Jn poplo
aute sedicio importabilis e. exorta.
ita ut etia multi inimicor ei' im
sedia mouerent'. dicentes eu ca
lūnia passu que paulo ante desi
derabant uide depositu. Qua
obre clamabant oms cont' pnci
pe atq; conciliu sacerdotu. et
maxime cont' theophilu. Non eni
ei' machinatio ia poterat latere
que multis quide indiciis appa
rebat. maxime quia dioscoro eiq;
fratrib; mox p' iohis deiectione cō
municauer't. Tc ig' etia seuerian'

in ecclesia docens. iohanni derogabat di-
cens. Et si in nullo alio uituperandus
iohannes. Est eius tamen superbia crimini
dampnationi sufficiens. Omnia
namque peccata remittuntur homini-
bus; superbis autem deus resistit. sicut sacre
scripture dicunt. XIIII.

Orta igitur inmissa seditione populo discurrente et ad ipsa regalia proclamante augusta pro mota rogauit imperatorem ut eum reuocari preciperet. Misso igitur tunc eunucho bresone. etiam necessitas iohanni nolenti ut in ciuitatem ingrederetur imposita est. Eo siquidem remeante. cum multo ei honore ad ecclesiam plebs occurrit. Et mox ut iohannes ingressus est rogabant ut in episcopali sede resideret. et populo orationem pacis impenderet. Quo refutante atque dicente quia hoc oporteret iudicio fieri synodali. et eos qui dampnauerant suam sententiam reuocare. accendebantur omnes uidere eum in loco proprio residentem. et uerba doctoris audire. Qui licet diu tardaret preualuit tamen populus. et eum in sede residere episcopali coegit. Et consuete orationem prebere pacis. Coactus etiam sermonem fecit in populo. Hec causa aliam prebuit inimicis occasionem. et primum quidem de heracli de ordine contra eum moui dicebat theophilus questionem ut iohannem de qua ei rei occasio erat deponeret. Verum heraclides non aderat. Iudicabatur autem uelut presens quasi quosdam iniuste cecidisset. cathenisque uinctos misisset in pompam ephesi per mediam ciuitatem. Cumque pars iohannis diceret auditorium debere iuste constitui. alexandrini contendebant ut heraclidis accusatores susciperentur. Hinc ergo seditio et cedes inter constantinopolitanum populum et alexandrinum uehemens est exorta. Ob quam rem plurimi uulnerati. pauci etiam mortui sunt. Hec uidens theophilus repente diffugit in alexandriam. quod etiam alii fecerunt episcopi. preter paucos qui personam iohannis amplectebantur. His ita gestis reprehensibilis theophilus est inuentus. cuius auget inuidiam quod rursus origenis libris incumberet. Qui ab aliquo tunc sciscitatus quomodo ea que abdicauerat rursus amplecteretur ita respondit. Origenis libri similes sunt prato floribus uniuersis pleno. quicquid ergo in eis bonum inuenero. hoc decerpo. Si quid uero mihi spinosum occurrerit hoc quasi pungat omitto.

libri origenis

Hec ergo theophilus non considerans salomonis sapientissimi uerba dicentis. quia uerba sapientium sicut aculei sunt. Ob hanc ergo causam apud omnes theophilus reprehensibilis uidebatur. Porro dioscorus hermopoleos episcopus post paululum fuge theophili. mortuus est. Claraque sepultus

in basilica apud licem constitu-
ta ubi propt' iohannem synodus
fuerat celebrata;· Theoderitus.
Missus ergo tunc iohs exiliũ
ad oxificiũ habitabat ponti.
quod uocatur hieron. Cumq; p
nocte terremotus ciuitatẽ regiã
inuasisset· legati matutino tẽpr
mittebant' ad eũ· rogantes ut ue
locit' reuiteretur ad ciuitatẽ. &
orationib; ei' picula remoueret.
Sed alij p' illos & rursus alij desti
nati sunt. Ita ut legatis bosforus
impleret'. Quod dum fidelissim'
populus agnouisset fluct' p pon
tidis nauib; ẽ optus. Omñs enim
occurrerẽt cereos & lãpades accen
dentes p reuisione pastoris;·
Interea cum theophilus Sozomen'
nauigio in hierapolim aduenisset
mortuo ei' ciuitatis epõ nilãmo
nẽ monachũ elegerẽt ciues. At ille
cũ crebro refugeret ei theophilus
suadebat ne sacerdotiũ refutaret.
Tunc ille pmisit dicens. Cras quod
dño placet implebit'. Alta ũ die
uenientes ad cellã ei'. cogebant eũ.
Tunc nilãmon Prius inquit orem'.
Quod dũ theophilus laudasset.
simul orabat. Nilãmon autẽ re
pente terminũ uitę cum illa ora
tione suscepit;· Socrates. xv
Iohannes itaq; doctrinis occupaba
tur. Ordinauitq; seraphionẽ he
racle thracensis epm. unde cont'
eũ maius odiũ excitatur. Post pau
lulum nãq; hęc contigisse nosc't'.
Augustę eudoxię statua argẽtea
constitua ẽ in colũna porphyrea
clamide circũamicta. Erat q;
posita nec pxime nec longe ab
ęcclia sophia quã plateę tnm'
diuidebat iter. Illic g' consuete
lusus publicus occurrebat. Porro
iohs adiniuriã hoc arbitrat' ęccle.
consueta fiducia rursus suã arma
uit linguã. Et cũ oporteret pnci
pes supplicationis ũbo deflecte.
ut a tali lusu recederet'. Hoc ñ fec.
s; impetu sui usus eloquij. iu
bentes fieri talia lacerabat. Au
gusta ũ rursus ad suã hec trahe
bat iniuriã. Et denuo pparabat
ut aduersus eũ synodus celebraret'
epõr. Hoc sentiens iohs illã famo
sissimã in ęcclia ptulit omeliam
cuius initiũ est. Rursus herodi
as uesanit rursusq; turbatur.
Denuo saltat denuo caput iohis
in mĩsorio concupiscit accipere.
Quod factũ. amplius ad iracundi
am accendit augustam;·
Interea quidã Sozomenus. xvi.
homo comphensus ẽ qui iohm
uolebat occidere. Traditusq; ad
supplicium pfec[...]to a iohe
ne pimeretur [...] erept' ẽ.
Postea ũ die etiã [...] helpidij
prbi seruus. cursu in epm acceds
eum interimere nitebat'. Et dũ

a quodā teneretur: & ipsum re pente pcussit. Simul & aliū adstantē & tertium. Tū clamore facto multis conuenientib; plurimos interemit. Nouissime tentus & tradi ditus. ē. Ex illo tpr iohm popls custodiebat noc tib; & dieb; ad eius circum sedentes domum ;· Socrates.

duces insidiis captos occidit. ut qm
biatianus alter dux romanoꝝ reli-
quos sarracenos extinxit. pt eun-
dū ē ne uideat multū apposita re-
latione digressus. Que tē q̄ gerebantur
tur uelocit impatori theodosio nun-
tiata sunt. Quom autē hec cito cog-
nosceret. indicare n piget. Inuenit
quendā uirū animi habitu corpisq;
fortissimū nomine palladiū. qui
tanta uelocitate ueredos agebat.
ut trib; dieb; pueniret ad t̄minos
romanoꝝ atq; psarū & rursus toti-
dē remearet ad constantinopolim
ciuitatē. Is enī etiā alios romani
impii t̄minos uelocit transibat.
De quo quidā eloquentissim sic ait.
Iste uir cū sit lata romana respubli-
ca eā paruulā sua uelocitate demon-
strat. Quē etiā psarū rex sepius
admiratus est. Romanoꝝ ꝗ im-
pator. licet uideret apte collatā sibi
a deo uictoriā puenisse tam̄ pacē
n dissimulauit expetere. Misitq;
helionē uirū prudentē & honora-
tū. ut cū psis de pace loqueretur.
Qui dū uenisset mesopotamiam
ubi erant fossata romanoꝝ misit
p pace petenda legatariū q̄ndā
maximū uirū eloquentissimū
ardaburii militie magistri con-
siliariū. qui p pace ueniens ad p-
sarū regē missū se n ab impatore
sed a ducib; asserebat. dicens.
quia hoc bellū p sui contēptu
neq; puenisset ad pncipē. Cūq;
psa paratus. eēt ut legatarii ūba
susciperet quia fame eius labora-
bat exercitus. ueniens numerus
qui apud eos immortaliū appel-
latur. est enī decē milia uiroꝝ
ualde fortissimoꝝ. n psus dixerūt
pacē cū romanis. eē faciendā. q
ipsi eos sine custodia constitutos
inuaderent. Quib; ūbis psuasū
ē. regi ut se a pace suspenderet.
Tunc legatariū quidē clausū ser-
uari fecit. Et misit numerum
immortaliū dimicare contra ro-
manos. Qui uenientes. & in duas
acies diuisi. medios habuere cont
romanos. Porro romani unā p-
sarū uidentes aciem. contra eam
se ppatabant aliā n uidebant. que
paulatim accessit ad pugnā. Cūq;
iā congressio pene. eēt in opere.

dei prudentia ex quodam colle exercitus alter apparuit romanorum cum duce procopio. Qui cum uideret socios in periculo. instabat a dorso persarum. Tunc in medio conclusi qui circumdederant. primo romanos. in momento ab eis extincti sunt. Quo facto romani ad alios qui erant in subsidiis positi concurrerunt eos fortiter iaculati sunt. Sic igitur qui immortales appellabantur omnes mortales apparuerunt penas exigente christo de gente persarum eo quod plurimos eius famulos occidissent. Porro rex persarum infortunii sui causas agnoscens. simulabat se nescire quod gestum est. Suscepitque legationem. dicens legatario romanorum. non bello cedens pacem amplector. sed tibi prestare uolens. quia omnium romanorum te sapientem esse cognosco. Et hoc modo bellum propter christianos exortum. de parthorum regione cessauit. Contigit enim hoc consulatu honorii terciodecimo et theodosii decimo. anno XVI.

Tunc igitur accatium amide ciuitatis episcopum. actus optimus reddidit clariorem. Cum enim romani milites captiuos persarum de azazena regione uastata. reddere regi parthorum nullomodo uellent. captiui fame consumebantur. dum essent circa septem milia. Quod persarum regem non mediocriter contristabat. Tunc igitur accatius conuocans clericos sibi subiectos. uiri inquit fratres deus noster nec discis nec calicibus opus habet. nam neque comedit neque bibit. Et quia multa uasa aurea et argentea ecclesia nostra ex oblatione christianorum habet. conuenit ex his liberari exercitum captiuorum. egentibusque cibos offerri. Hec et his similia cum dixisset conflauit uasa et militibus dedit precium captiuorum. Quos dum recreasset cibis. datis sumptibus ad regem proprium destinauit. Hoc mirabile opus acacii persarum rex magis obstupuit. quia et bello romani et beneficiis uicissent. Aiunt enim quia etiam desiderium habuerit persarum rex ut uideret acacium et hoc theodosius prohibuerit imperator. XVII

Victoria siquidem auxilio dei collata. romani plurimi pollentes eloquiis conscribebant laudes imperatoris. Cuius uxor heroicometro poemata multa confecit. Erat enim eloquens filia leontis sophiste atheniensis. a patre omnibus lectionibus erudita. Quam dum imperator ducturus esset uxorem. christianam atticus fecit episcopus. et in baptismate cum prius uocaretur athenais eudocie nomen imposuit. Multi igitur sicuti dixi uolentes innotescere alii suam facundiam demonstrare. preconia imperatoria conscripserunt. Ego uero nec innotescere cupiens nec facundiam sermonis ostendere. cum ueritate in-

patoris bona memorare studeo quia sunt dampnosa si taceantur. Primum itaque regalitiam atque nutrimentum habuit tepidum, sed sic fuit sapiens ut inter confabulantes experimentum omnium crederetur habere causarum. Perdurabat in frigore similiter et in estu, plerumque ieiunabat et maxime quarta feria et sexta studio christianitatis; nec aliter quam monasterium regalia videbantur. Ipse namque matutino ad suas sorores pergens divinas dicebat laudes. Quam ob rem etiam sacras litteras sine codice recitabat. Loquentibus episcopis velut olim sacerdos factus ex divina lectione respondebat. Congregabatque sacros codices et quoscumque eorum interpretes seu expositores conscripsisse videbantur, plusquam Ptolomeus studuerat Philadelfus. Patientia quoque atque clementia universis hominibus eminebat. Nam Iulianus imperator licet philosophus diceretur, non tamen Antiochensium portavit iniuriam, sed maxima Theodoro tormenta indignatus imposuit. Porro Theodosius multum gaudens syllogismis Aristotelis philosophiam exercebat operibus, iram tristitiam libidinemque devincens, et in nullo se ulcisci desiderans. Dum quidam a quodam familiarium interrogaretur cur nullum se ledentium morti subiceret, utinam inquit esset mihi possibile ad vitam etiam mortuos revocare. Quem dum alter pro ea causa requireret, non est inquit magnum neque difficile hominem mori, quia neque deo soli semel mortuum ex penitentia suscitare. Sic enim fuit clemens ut si quando quis pro crimine dignum aliquem morte committeret, nec usque ad civitatis portas moriturus perveniebat, sed ex eius clementia continuo revocatio sequebatur. Dum aliquo tempore ipse in amphitheatro Constantinopoleos expectaret, cepit clamare populus crudeli bestie artifex parabulus pugnet. At ille: Nescitis inquit quia consuevimus nos expectare clementer. Tanta enim pietate precelluit ut omnes quidem deo consecratos honoraret, precipue tamen quos audiebat veneranda actione pollere. Fertur autem quia dum Constantinopoli episcopus Chebronensis fuisset mortuus, sagum eius valde sordidissimum quesierit, eoque circumamictus sit, credens se aliquid ex defuncti sanctitate promereri. Cum aliquando aeris tempestas esset et ille circum cum populo expectaret, pleno circo tempestas vehementius agebatur multo imbre diffuso. Dumque hoc fieret suam voluntatem imperator aperuit, fecitque per preconem clamari quod melius esset spectaculum contemnere et omnes rogare dominum ut illesi ab imminente tempestate servarentur. Quo dicto cuncti deo magno gaudio supplicantes hymnos concorditer offerebant et tota civitas velut una

psallebat ecclesia. In medio autem horum
imperator existens. priuato schemate pro
babat. Nec spe sua frustratus est.
Repente namque aer ad serenitatem
diuina clementia reuocatus. annum
protulit frugibus uniuersis uberrimum.
Siquando bella mouerentur secundum
dauid confugiebat ad dominum sciens
eum priorum auctorem et inimicos ora
tionibus superabat. XVIII.

Post paululum itaque temporis persici
belli defuncto imperatore ho
norio consulatu asclepio doti et
mariniani augusto misse. quomodo
iohannem tyrannum deo se committens
superauerit enarrabo. Sicut enim tunc
sub moyse hebreis contigit ru
brum transire mare. talia etiam eius
ducibus euenerunt dum eos mitteret
contra tyrannum. Defuncto siqui
dem sicuti diximus honorio principe.
cognoscens. theodosius celauit
factum et alia dicendo diuisorum
suspitionibus obuiauit. Inter hec
mittit magistrum militum in salo-
nas ciuitatem dalmatiarum. ut siqua
bellorum commotio proueniret circa
partes hesperias. uicinus adiutor
esset. Quo facto mortem patrui pa
tefecit. Inter hec iohannes primus imperialium
exceptorum non ferens suam felicitatem. imperium con
tendit abripere. Misitque legatos
ad imperatorem theodosium. petens
ut eum susciperet imperium. At ille
legatos quidem retrusit in carcerem.

Misitque magistrum militum ardabu
rium qui multum laborauerat apud
persas. salonam ueniens exinde naui
gauit aquileiam. Contigitque uentum
aduersum flare. ita ut tyranni manus
incideret. quo capto sperabat ad ne
cessitatem peruenire theodosium. ut per
hoc eum decerneret imperatorem si uel
let magistrum militum liberare. Im
perator tamen ut audiuit factum estua
bat. Nequid mali ardaburius su
stineret. aspar uero ardaburii filius
cognoscens patrem a tyranno teneri
et multa milia barbarorum in solatio
tyranni consistere. quid faceret ig
norabat. qui tunc imperatoris oratione
preualuit. Angelus enim domini sub scemate
pastoris educebat asparem et omnes
qui cum eo erant. Et per paludem adia
centem rauenne ad loca sperata per
uenerunt. In ea namque ciuitate tyrannus
degens habebat exercitum unde
nullus aliquando transisse fertur.
Tunc ergo deus inadibilem uiam fecit adi
bilem. Transeuntes namque per siccum pa
ludis aquam apertasque inuenientes
ciuitatis portas. tyrannum quoque
detinuerunt. Tunc ergo piissimus imperator
reuerentiam quam circa diuinitatem
habebat ostendit. Dum enim circum
expectaret nuntiatum est ei tyran
num fuisse peremptum. quam ob rem sermo
nem fecit in populo. dicens. Venite
si placet relinquentes hanc uo
luptatem. et pergentes ad ecclesiam

gratificos dō soluamus hymnos. cuius manus tyranni psūptionibus obuiauit. quo dicto spectaculō cessante p mediū circū cuncti cū eo concorditer grās agentes ad ecclesiam conuenerunt. Ita ut tota ciuitas una uideretur ecclīa. ueniente sq; ad locum orationis iugi die gratias dnō retulerunt;

Historie ecclasticę lib. XI. explicit. Incipiunt tituli libri sequentis.

i De ortu ualentiniani principis filij placidię.
ii De bonis attici constantinopolitani pontificis.
iii De ordinatione sisinnij & morib; ipsius & quia pclus ordinatus cyzici n̄ sit susceptus.
iiii De ordinatione nestorij & que sub eo in ecclījs mala puenerint.
v De epheseno concilio contr nestoriū.
vi Quomodo iohannes antiochenꝰ cyrillum dampnauerit;
vii De ordinatione maximiani constantinopolim.
viii Quanti epī ex alijs ad alias ecclesias sint mutati.
ix Quomō apud cretham quodam iudeo dicente se. ēē. moysen plurium iudeoꝝ deceptione sint mortui & reliqui facti st̄ xani.
x De magno incendio constantinopolim facto & morte maximiani atq; constitutione pcli.
xi De conuersione & morib; procli.
xii De uictoria barbarorum.
xiii Quomodo filia theodosij ualentiniano sit iuncta.
xiiii Quomō corpus iohis epī sit constantinopolim reuocatū.
xv Quomō eudocia uxor imparoris ad hierosolimam pperauit.
xvi Quia pclus thalassiū senatorē auctoritate sua cesarię cappadocię fecit episcopum;

Incipit liber eiusdem. XII.

IGITUR occiso tyranno. cogitabat theodosius impator cui deberet hesperiarū regna cōmittere. Tunc ualentinianus erat ualde puer. natus ex matre placidia eius quidē amita filia ū maioris theodosij. arcadij & honorij sorore de patre constantio. qui ab honorio imperij iura susceperat. paruoq; tempore cū eo regnauerat. Hunc ergo ualentinianū consobrinū suū cesarē factū mittit ad partes ytalię. cū q matrē parit placidiā eiq; uniuersā dispositionē cōmisit impij. Cūque uoluisset ipse quoq; ytaliā pgere ut consobrinū ad ipij culm̄ eueheret. quatinꝰ suu uigore tyrannoꝝ remoueret audaciā. ueniens usq; ad tessalonicā languore phibitus. ē. Quā ob rē coronā impialē p hec consobrino p patriciū stiliconē mittens. constantinopolī remeauit.

Hec de talib; retulisse sufficiat; Igitur atticus eps causas. .LI. ecclie sapientia mirabilit dispo nebat. doctrinisq; poplm ad uir tutis studiu puocabat. Cumq; uideret diuisa ecclia cu iohite seorsu a pud semetipsos sacra sollepnia celebrarent. iussit ut in oratiomi bus memoria iohis haberetur sic aliox dormientiu epox fieri consueuit. phoc spans plurimos ad ecclia reuocari; Largus aute sic erat. ut n solu paupib; suaru parochiaru. s; etia uicinis ci uitatib; multas pecunias p egen tiu consolatione transmitteret. Callipio naq; prbro ecclie nice ne trecentos aureos dirigens. hec scripsit. Callipio atticus in dno salute. Cognoui dece milia esu rientes in ciuitate apiys exhibenda egere misecdia. Dece milia u cum dico multitudine intelligo. n p fectu numeru cophendo. Quia g ego quide habeo pceptu nume ru datu abeo qui manu habet munifica. & pbet congrue dispen santib; & contingit aliquos indi gere habentes. n tam quiescentes suscipiens. O karissimu m caput hos trecentos solidos expende sicu ti uoluens. & maxime illisqui pe tere confundunt. & n eis qui ppt uite uentre magis negotiant ex talib;. Noli g ut religione in hac parte considerare. s; una tantum m re obserua. ut nutrias indigentes. nec cogites siqui nra sunt sapere n uident. Sic g atticus etia pcul indigentiu habebat cura. s; etia supstitione aliquox studebat abs cidere. Audiens & eni nouatianos iudaicu pascha sequentes. ppter sabbatiu fuisse diuisos. eiq; corps ab insula rhodi ubi mortuus fuerat translatu. & plurimos ad tumulu ei orare nocitant. mittens in aliu sepulchru corps sabbatij iussit abs condi. At illi consuete uenientes effossuq; reperientes tumulu. dece tero eu locu colere quieuer. Erat eni circa nomina locox studiosus. Nam du quida portus in ore pon ti euxini constitutus exantiquo farmacus appellaretur. ide ue nenarius. mutato nomine eu lo cu senatoriu nominauit. ne du ibi collecte pdicarent. nomine blasphemo locus ipse designaret. S; & aliu locu argyropolim pro huiusmodi causa nominauit. Chrysopolis ide in capite bosfori constituta est. cuius multi anti quox faciunt mtione. De qua ci uitate xenofon in pmo libro hel ladicox dicit. quia ea muniuit alchibiadis & in ea constituit. ut qui nauigabant de ponto decima ibi pberent. Uidens g atticus lo cu in contraria ripa chrysopoleos

positū delectabile & decorum. ait. argyropolis nominetur. Qui loc̄ ei repente cognom̄ optinuit. Igitur quibusdā dicentib; ei n̄ debere nouatianos intra ciuitatē missas facere. nescitis inquit quantū nobiscū in psecutione constantij atq; ualentis fuerint passi. qui etiā testes sunt nr̄e fidei. Nam cū dudū eccl̄a fuerit diuisa. isti circa fidē michil innouauerunt. Post epi ordinatione aliquando ueniens in nicēā asclepiadē nouatianoꝝ uidit epm ualde senē. interrogauitq; quot in ep̄atu annos haberet. Quo respondente. quinquaginta: felix inquit homo es tanto tempore boni opis curā habens. Sup hec ait. Ego quidē nouatū laudo. nouatianos n̄ appbo. Tunc asclypiades. Quom̄ tu dicis ep̄e: Virum attic̄ illū inquit laudo q̄m his qui sacrificauerant cōmunicare n̄ uoluit. Hoc etiā ego ipse fecissem. Nouatianos autē n̄ laudo. quia p uilib; uitijs laicos grā cōmunionis excludunt. Asclipiades. ex̄t sacrificandi inquit peccatū etiā alia plurima sunt delicta scd̄m scripturas que ducunt ad mortē. ꝑpt̄ quas uos quidē clericos. Nos autē cōmunicare etiā laicos phibens. dō soli eoꝝ remissionis iudiciū cōmittentes. Atticus g̃ etiā suā pscribit mortē. Nam cū ad nicēā discederet callipio pr̄bro dixit. Ante autumnū constantinopolī uenire festina. si uiuū me denuo uidē desideras. si tardaueris. n̄ uidebis. Quo dicto n̄ mentitus n̄ ē. Anno nāq; uicesimo p̄mo sui ep̄atus decima die m̄sis octobris. ē mortuus. consulatu theodosij decimo & ualentiniani cesaris primo. porro theodosius impator a tessalonica reuertens ei exequias n̄ inuenit. Ante unū nāq; die quā ingrederetur ille sepultus. ē. Post paucos u̾ dies id. ē. uiginti tres. m̄sis octobris. nuntiatū. ē. quia ualentinian̄ infulas suscepisset imperij;· III.

Post obitum g̃ attici fit maxima de epi ordinatione contentio aliis aliū postulantib;· quidā philippū pr̄brū quere bant. alij pclum itē pr̄brū. sed omnis populus cōmunit̄ desiderabat ordinari sisinniū. qui et ipse pr̄br qui de... erat. in nulla tam̄ ciuitate ordinatus. sed in sub urbano constantinopolis cui no- m̄ oliua est ministrabat. Hoc sub urbanū. ē. positū contra faciem ciuitatis ubi ascensionis dies saluatoris sollempnit̄ celebratur. Hūc g̃ uirū omnes laici diligebāt p sui reuerentia. & maxime quia fouebat paupes ultra sui m̄surā. Preualuit g̃ totū laicoꝝ

& sisinnius ordinatus est. uicesima octaua die febrii mensis. consulatu sequenti theodosii duo decimo. & ualentiniani iunioris secdo. Philippus aut̃ prbr cui p̃positus fuerat sisinnius. in historia xpiana quã triginta sex libris ipse conscripsit. ordinationẽ sisinnii ualde lacerauit. derogans ordinato & parit̃ ordinantib; & maxime laicis. Is eñ philippus a iohe epo diaconus ordinat̃. multa quoq; conscripsit contra iulianũ impatorẽ. cuius tam̃ historia in multã uidetur habe confusionẽ & ñ satis pdeẽ legentib;. Sisinnio g̃ ordinato. contigit epm obire cyzicenũ. Tunc sisinnius pelũ in cyzico consecrauit qui antequã pficisceretur ad cyzicũ. ciues precedentes dalmatiũ monachũ epm sibimet ordinar̃t. paruipendentes regulã qua iubet̃ pret̃ constantinopolitanũ pontificẽ ordinationẽ ibi fieri ñ debere. Quod ideo cyzicem neglexer̃t. quia attico soli hec lex psonalit̃ p̃stita uidebat̃. Mansit g̃ pelus ñ habens ecctiã ppam. qui tam̃ in doctrina ecctarũ constantinopoleos ualde florebat. Igitur sisinnius cũ duos in episcopatũ cõplesset annos defunctus est consulatu hierii & ardeburii uicesima quarta die decembrii mensis. uir famosissimus castitate & rectitudine uite sue. mansuet̃ morib; sine ullo figmto remot̃ a causis quã obrẽ curiosis uiris tristis & inefficax uidebatur.

IIII. Defuncto sisinnio impatorib; uisum ẽ. nullũ ex ecctia constantinopolitana ordinari põtificẽ. eo quod essent uane glorie & sibimet arrogantes. cũ utiq; multi philippũ plurimi pelũ habe desiderarent. Interea dilatatũ ẽ aduenire ab antiochia deuocare. erat eñ ibi quidã nestorius nomine genere germaniciensis bone uocis & simul eloquii. Ideoq; eũ quasi oportunũ doctrinis euocauer̃t. Cumq; transissent tres m̃ses nestorius uenit ab antiochia qui castitate inter plurimos p̃cipuus habebatur. Quib; autẽ fuerit morib; institutus. sapientes a p̃mo ei9 sermone ñ latuit. Ordinatus eñ decima die m̃sis aplis consulatu felicis & tauri. mox illã deuulgatã corã omni poplõ ptulit uocẽ. faciens sermones ad p̃ncipẽ. Da m̃ inquit. o impator terrã purgatã hereticis. et ego celum tribuo. debella mecũ hereticos & ego tecũ debello psas. Hec cũ dixisset licet quidã odio habe rent hereticos. tam̃ leuitas sensei

& indignationis initiū & uane
glīe timor eis ualde displicuit
quia neq; paruulū temp' susti-
nēns ad talia uba descendit &
sectm p̄ūbiū ut ita dicā cū neq;
ciuitatis adhuc gustasset aquā.
psequutor feruentissim' appare-
bat. Quinta u' ordinationis die
oratoriū arrianor in quo latent'
conueniebant auferre uolens. eos
ad tantū furorē pduxit. ut eiusdē
oratoriū concremarent. Que cau-
sa etiā uicinas consumpsit ęcles.
cur·baq; uehemens in ciuitate p-
uenit. Verū arriani semetipsos
defendere pparabant. s; eorum
consiliū custos ciuitatis dns im-
pediuit. De cetero autē ipsū ne-
storiū uocabant incendiū. n̄ so-
lū heretici. s; etiā qui ei fidei con
cordabant. Non enī silere pacię
batur. s; semp contra hereses ma-
chinatus. quantū ad se subūtit
funditus ciuitatē. Nouatianos
autē de populari tēptabat. eo
quod paulus eor eps̄ p̄dicatus. ē.
reuerentia diceret̄. s; pceres ei
impetū refrenarēt. Quanta u' cir-
ca asiā lydiā cariā contra q̄rto
decimanos mala cōmiserit & q̄n
a ppt̄ eū circa miletū & sardis
facta seditione sint mortui n̄ o-
mitto. Quā u' ppt̄ hec & ppt̄ inef
frenatā linguam recepit ultionē.
p' pauca narrabo. Nunc itaq; res

memorabilis indicanda est.
Quedā gens ultra rhenū fluui
um. ē. burgundionū isti uitā
quietā agunt. & pene omīs fa-
bri lignor sunt ex qua arte de
pascuntur. Quor regionē hun
crebra inuasione uastabant &
plurimos occidebant. At illi li-
cet anxietate constricti ad nul
lū se tam̄ hominū contulert̄.
s; alicui dō se cōmittere cogita
bant. Tunc audientes quia ro-
manor ds̄ fortit̄ adiuuat se ti
m̄tes. omīs cōmuni consilio ad
credulitatē xp̄i confugiunt. Ve-
nientesq; in unā ciuitatē galli
arū. rogabant ut ab ep̄o x̄anū
baptisma mererent̄. At ille eos
septē diebus faciens ieiunare
& imbuens fide baptizatos. oc
taua die abire pcepit. qui sup
ta fiducia contra tyrannos ala
criter festinabant & spe sua pri
uati n̄ sunt. Nam cū rex hunor
nomine suptar' p noctē fuisset
cibor nimia uoracitate corupt'.
burgundiones gentē inimicā
sine duce reppientes. & pauci
plurib; resistentes. facta congs-
sione uicerunt. Nam cū. ēent
isti tria milia circa decē milia
pemert̄. Et ex illo cuncta gens
feruentissime in xp̄ianitate p-
mansit. Eo tempore barbas ar-
rianor eps̄. ē. defunctus consu

latu theodosii .xiii. et ualentini-
ani tercio. uicesima quarta die
iunii mensis in cuius loco sabba
tius ordinatur. Nestorius itaque a
gens preter consuetudinem ecclesie
contra se plurimos incitabat sicut
eius actus ostendunt. Ingerminsi
et enim hellesponti ciuitate antoni
us erat episcopus. qui cognoscens in
stantiam nestorii aduersus hereticos
macedonianos. et ipse persequi fe
stinabat. quasi patriarche imi-
tatus imaginem. Porro macedo
niani aliquantulum sunt perpessi.
Cumque antonius uehementer in
sisteret. iam molestiam non ferentes
ad scelus se durissimum contulerunt.
Mittentes et enim quosdam uiros.
et quod rectum est secto loco ponen
tes interemerunt eum. Hoc factum
macedonianorum nestorio maioris
persequutionis dedit occasionem.
Persuasit enim imperatoribus ut eorum
ecclesie tollerentur. quam ob rem con
stantinopoli et sablata est. ante
murum ueterem posita ciuitas et cy
zico et alie plurime quas habe
bant in hellesponto. quorum aliqui
ad ecclesiam confugerunt in con
substantialitatis fide consentien
tes. Sed sicut ait scriptura ebrio
sis uinum non decet. neque contentioso
lites sic quoque nestorio amanti
persequutiones euenit ut perseque
retur semper ecclesiam dei. Erat cum eo

anastasius presbiter ab antiochia pa
riter destinatus. quem nimis hono
rabat et ueluti consiliarium habe
bat in causis. Aliquando igitur coram
ecclesia anastasius docens ait. Dei
genitricem mariam nullus appellet.
Maria enim homo fuit et deum ab
homine generari nimis est impos
sibile. Hoc cum auditum fuisset pluri
mos clericorum et laicorum pariter con
turbauit. Olim namque didicerant
deum fateri christum. et nullatenus eum
per dispensationem uelut hominem
a diuinitate separari. Credentes
apostolice uoci que dicit. Et si cog
nouimus secundum carnem christum. sed nunc
nequaquam cognoscimus. quapropter
relinquentes de christo sermonem ad
perfectionem procedamus. Tumultu
siquidem sicuti dixi in ecclesia facto.
nestorius procedamus anastasii ser
monem firmare uolens. et non redar
gui uelut blasphemum qui ab eo
uidebatur honorari. frequenter
ex hoc coram ecclesia docuit. et cum
maiori contentione questionem
hanc habebat. sermonem dei gene
tricis abiciens. Unde diuisio nata
est in ecclesia. et uelut in nocturna
lite diuisi nutabant. nec alii con
sentiebant. et uerba propria denega
bant. Nestorius autem apud multos
in ea erat opinione quia pu
rum hominem diceret christum. et tamquam
pauli samosateni atque fotini dog

ma in ecclesias introduceret. Sed de
his maxima questio mota est et tu-
multus. ita ut universalis synodus
ageretur. Ego vero legens nestorii libros
que intellexisse comperi hunc ui-
rum et cum ueritate conspexi neque
propter eius inimicitias neque per gratiam altius
explanabo non michi uidetur neque ne-
storium neque samosatenum secutus pau-
lum neque fotinum. nec omnino purum
hominem dixisse xpm. Sed sermonem
tantummodo quasi metuendum expa-
uisse et hoc passum quia decenter
non erat eruditus. Qui dum natura-
liter eloquens fuisset. se putabat
edoctum et libris antiquorum inter-
pretum dedignabatur incumbere. Om-
nibusque se meliorem putabat esse. Ig-
norans quia in catholica iohannis
epistola in antiquis exemplaribus
habeatur. Omnis spiritus qui soluit ie-
sum a deo non est. Hunc enim sensum
ex ueteribus exemplaribus abstulerunt.
qui separare uolunt ab ho-
minis dispensatione diuinitatem;
quapropter ueteres interpretes hoc
ipsum designauerunt. quoniam aliqui
adulterati sunt. hanc epistolam sol-
uere hominem a deo uolentes. Est
enim humilitas copulata diuini-
tati etiam non sunt duo sed unum. hac
ratione confidentes antiqui. ora-
tores dei non timuerunt dicere ge-
netricem. Pamphilus enim eusebii ter-
tio libro de uita constantini sic dixit:

et enim et generationem sustinere
qui nobiscum est deus. Propter
nos uoluit. et locus eius incarnate
generationis. nominatus est apud
hebreos bethleem. Quam ob rem
et helena augusta deo amabilis
locum ubi dei genetrix peperit me-
moriis mirabilibus adornauit hanc
sacratissimam speluncam decenter
irradians. Sed origenes in primo
tomo de epistola pauli apostoli ad ro-
manos ait. Quomodo dei gene-
trix dicatur. latius animaduerte-.
Apparet igitur nestorium ig-
norasse lectiones antiquorum.
Quapropter sicut dixi in sermone
solo moratus est. et non solum eum ser-
mone examini dedit. sed etiam
omnino deum esse qui natus est
denegauit. Nos enim fatemur
qui quoniam de sancta uirgine natus
est. crucifixus est. dominus est glorie
sicut dixit apostolus si enim cognouis-
sent numquam dominum glorie cruci-
fixissent. porro nestorius dicit
noli gloriari iudee non crucifi-
xisti deum tamquam ipse dominus
glorie idem non sit deus. Nam quia pu-
rum non dicit hominem xpm sicut
fotinus aut paulus samosatenus
etiam omelie quas fecit ostendunt.
Nusquam enim dei uerbi subsisten-
tiam perimit. sed ubique eum sub-
sistere confitetur et habere
substantiam non sicut fotinus

& samosatenus eius sententiā
pimentes. Hoc enī & maniche-
i a montano dogmatizare psu
munt. Sic igitur nestorium
ego inuenio sapuisse ex ei libs.
Non g mediocrem concussionē
orbi terrarū tepidissima ne
storii ratiocinatio concitauit.
Interea contigit scelus quod
dā in ecclia puenire. Serui
quidam potentiū genere bar
bari. dnm crudelē experti
ad ecclam confugerunt. et
portantes gladios ingressi st
ad altare. Cumq; rogarent
exire nullom uoluert. s; im
pediebant sollempnia cele
brari plurimis dieb; gladios
tenentes euaginatos & parati
se uindicare omib; ad eos as
cendentib; insistebant. Qui p
stremo unū clericū pimtes & a
liū uulnerantes. etiā semetipsos
interemert. Quo facto quidā
transeuntiū hoc scelus mens bo
ni ecclie significari pdixit. nec
ueritate puatus. ē. significabat
enī popli diuisionē & deiec
tionē eius qui fuerat causa di
uisionis. v.

Non multo p tempr iussio pn
cipalis epos undiq; ad ephe
sū conuenire pcepit. Mox g p
paschalē festiuitatē. nestorius
cū maxima multitudine uenit
ad ephesū. inuenitq; plurimos
epoz ibi fuisse collectos. Porro
cyrillus alexandrinus modicū
retardatus. circa pentecosten
occurrit. Quinta u die p pente
costen iuuenalis hierosolimoz
uenit. Porro iohe antiocheno
tardante mouebant psentes epi
questionē. Cyrillus autē alexan
drinus eps deflorationes quasdā
libroz nestorii faciebat eū turba
re uolens & enī erat inimicus ei.
Et cū plurimi dm confiteant ee.
ihm. ego inquit nestorius bimēē
& trimentē. nequaquā confiteor
dm. qua grā mundus sū a san
guine uio & amodo ad uos n ue
nio. Dū hec itaq; dixisset cū reli
quis congregabat epis. qui eius
sententiā sequebantur. psentes g
in duos ordines sunt diuisi. Porro
cyrillus cū suis facto concilio ne
storium uocauerunt. At ille n obe
diuit — differens in psentiam
iohis antiocheni qui u circa cy
rillū omelias nestorii quas de hac
questione ptulerat. sepius rele
gentes & ex ipsis iudicantes. eū ue
lut blasphemantē dī filiū dāp
nauerunt. Hoc facto qui circa
nestoriū aliud apud se concilium
facientes dāpnauere cyrillū &
cū eo mēnonē ephesine ciuitatis
epm. Non u p multū. uenit etiā
iohs antiochenus eps & cognoscens

que gesta sunt. indignabatur contra cyrillum tamquam seditionis auctorem eo quod sic feruentissime nestorii fecisset dampnationem. Porro cyrillus cum iuuenale uolens se ulcisci contra iohannem dampnauit etiam ipsum. His tali mixtione confusis. cognoscens nestorius contentionem ad quandam prauitatem peruenisse. dei genitricem. MARIAM. uocabat dicens. Dicatur inquit etiam dei genetrix MARIA. et ea que ferunt tristitiam conquiescant. Sed nullus eum ex penitentia talia dicentem suscepit qua propter actenus dampnatus et in exilium missus. oasin habitare dinoscitur. hunc autem tertium tunc synodus habuit que gesta sunt consulatu bassi et antiochi uicesima octaua die iunii mensis;· VI.

Porro iohannes ueniens antiochiam. et plurimos episcoporum colligens. condampnauit cyrillum cum iam esset in alexandria. Post paululum uero tempus. inimicitias resoluentes. ad gratiam sunt regressi. et sedes alterutris reddiderunt. Post dampnationem uero nestorii diuersa constantinopoli turba contra ecclesias facta est. Diuisus est namque populus propter tepidum eius sicut diximus tractatum. Clerici tamen omnes communi decreto eum anathematizauerunt. Sic enim nos xpiani contra blasphemos prauitatum solemus appellare decretum. quando eum uelut in marmore scriptum manifestum cunctis ostendimus;·

His ita peruenientibus;· VII.

de electione episcopi questio rursus exorta est. et multi philippum cuius iam feci memoriam. plurimi proclum eligebant. Potuitque proclus tenere pontificatum nisi quidam precerum prohibuissent. dicentes regulam ecclesiasticam non permittere eum qui alterius ciuitatis episcopus nominatus est ad alteram migrare ciuitatem. quod dictum populos reuocauit. Cumque quattuor transissent menses post nestorii dampnationem. maximianus ordinatur episcopus in monachica quidem uita. presbiterorum tamen collegio constitutus. Is enim opinionem reuerendi uiri olim habuerat. eo quod propriis sumptibus monumenta fabricaret. ut in eis religiosorum corpora sepeliret. Erat enim idiota sermone. et sub quiete uiuere potius eligebat;· VIII.

Quia uero quidam dicebant ecclesiasticam regulam prohibere ne proclus constantinopolitanam teneret ecclesiam cum cyzico fuisset ordinatus. uolo pro hac re pauca narrare. Non enim mihi hoc uere dixisse uidentur. sed aut inuidia faciente aut ignorantes ecclesiasticam sanctionem prohibuerunt que

frequenter in ecclijs utiliter facta
noscuntur; eusebius itaq; pāphi
li in sexto hystorię ecclastice lib.
alexandrū unius cappadotię ci
uitatis epm̄ refert quia cū ue
nisset causa orationis ab hyero
solima tentus sit ab eis ciuib;
& in locū narcisci epi constitut⁹.
& decētō omni uita sua ipsi ec
clesię p̄sedisse. Sic g apud uete
res sine ulla differentia de ciui
tate ad aliā migrabatur eps.
dū utilitas euocaret. oportet aū
etiā ipsam regulā huic opi copu
lari ut ostendatur quia mentiti
sunt qui p̄ctū inthronizare p
hibuerunt; regula octaūa deci
ma. Siquis eps ordinatus ad
parrochiā inqua ordinatus. ē.
minime pficiscitur. n̄ sua culpa
s; siue poplō respuente aut ꝓpter
quālibet aliā causā n̄ necessitate
factā. hunc honore ministerioq;
participari tantū nec eū misce
ri reb; ecclię inqua collectas cele
brat ecclię s; sustinere qđ prouin
cię synodus suo iudicio termi
nauerit. Hec itaq; regula. ē.
quia ū plurimi epoꝝ ex alijs
ciuitatib; ad alias ꝓpt̄ utilita
tes tempoꝝ sunt migrati. eoꝝ
nomina qui sunt mutati sub
dicim⁹; perigenes impetris or
dinatur eps. & qm̄ ciues ei eū
suscipe noluerunt romanę ci

uitatis. eps iussit eū inthronizari
in corintho inetropoli. defuncto
eī iu epō eiq; donec aduixit ecclię
p̄fuit. Gregorius nazanzen⁹ p⁹ uni⁹
cappadocenę ciuitatis fuit eps. De
inde naziazo constitutus. ē. Meleti⁹
p⁹ in sebastena ecclia p̄fuit. & p⁹ea
antiochię p̄sul est constitutus. Do
sitheū seleucię epm̄ alexander an
tiochenus eps in tarsū cilicię demi
grauit. Reuerentius abachis phę
nicię in tyrū migrat⁹. ē. iohs de gor
dolichie mutat⁹. ē. in pconissū & in
ea p̄sedit ecclia. Palladius ab heli
nopoli mutat⁹ in aspona. Alexan
der ab helinopoli in adrinos mi
gratus. ē. Theosebius ab apamia
asyę transfert⁹ in eudonopoli que
dudū salambria uocabat⁹. Poli
carpus de urbe antap̄stena mysię
in nicopoli tracię mutat⁹. ē. Hiero
philus de trapezapoli phrygię
migrat⁹. ē. in plutinopoli trachię.
Optim⁹ ab agardamya phrygię
in antiochia pisidię migratur.
Siluanus a philippo poli tracyę
mutat⁹ in troada. Tantos g q̄ntos
ad p̄sens inuenim⁹ ex ppiis ciuitati
b; ad alias migrasse nos memorasse
sufficiat. De siluano tam̄ qui ex
philippo poleos thracyę in troada
migratus. ē. utile iudicio pauca nar
rare. Siluanus quidā rhethor fuit
pri⁹ troili sophistę et ad pfectū xani⁹.
uitāq; monachicā diligens. Is enī

doctoris pallio ita desperit. quā p̄
hec atticus eps̄ comphendens epm̄
philippo poleos ordinauit. At ille
trib; annis in thrachia degens
nec frigora ferre ualens. cū habet
corpus ualde debile atq; subtile. ro
gauit atticū ut eū in locū alium
constitueret. dicens. n̄ ob aliā causā
nisi ꝓpt̄ frigus ea se loca uitare. Cūq;
alt̄ ꝓ eo fuisset ordinat᷑. mansit sil-
uanus constantinopoli uitā mo-
nachicā ꝑfecte custodiens. Tantū
q; sine ulla fuit arrogantia ut ple-
rūq; in tanta multitudine ciuita-
tis. cū soleis desparta ꝓcederet. Quo-
dā ū tempr̄ p̄tereunte troiane ꝑsul
ecclie morte troianiq; uenert̄ peten-
tes epm̄. Cumq; cogitaret atticus
quē ordinare deberet. subito con
tigit ad eū salutandū uenire silua
nū. at ille uidens eū: mox cogitare
cessauit. Tunc ad siluanū. Non ha
bes inquit ultius occasionē ꝑ qua
ecclasticas curas possis effugere.
Troia naq; n̄ habet frigus s; ecce ap-
paratus ē. tuo corpori oportunus
a dō locus. Prepara ḡ temetipsū
et ad troiā continuo ꝓficiscere.
Migratur ḡ siluanus. Quo facto
miraculū qd̄ inter manus ei᷑ acces-
serit. enarrabo. Nauis magna
que grandes colūpnas deuexit.
nup in littore traiano fabricabat᷑.
Cumq; eā ad mare ducere uoluis-
sent. multis funib; atq; poplo tra-
hente. nullatenus mouebatur.
Quod dū plurimis dieb; ageret̄.
suspicati sunt nauē a demonio
retineri. Tunc ad siluanū ueni-
entes epm̄. rogauert̄ eū ut in eo
loco daret orationē. credentes hoc
m̄ trahi nauē. At ille humili ser
more dicebat se ēē peccatorē. asse-
rens hoc opus alicuius ēē iustī
tam̄ suū. Quē dū rogassent uenit
ad litus. factaq; oratione tetigit
unū funē iubens ut insisterent
opi cū labore. Tunc illis breuit̄
inpellentib; cursim nauis ad ma-
re ꝑcessit. Hoc miraclm̄ reue-
rentiā illius uiri cunctos fecit
habe ꝓuintiales. Qui cū ēēt.
etiā in aliis reb; eximius. uidens
clericos etiā de contentione liti-
gantiū negotia facientes. nullū
clericū aliquando iudicare p̄
cepit. sed petitiones postulantiū
ipse suscepit. Rogabat unum
fidelium laicoꝝ amatoremq; iusti
tie. ut ipse litigantib; int̄. ēēt.
et terminū iustitie definiret.
Ob quā rē magnā apud oms
glam consecutus ē. Cum igit̄
maximianus in urbe constanti
nopolitana ordinatus fuisset
eps. consulatu bassi et antonii
quinta et uicesima die mensis
octobris. cause ecclasticę quieuert̄;
Circa hoc tempus x
multi iudeoꝝ in creta xam

sunt facti. Propter huiusmodi passio-
nem. Quidam seductor iudeus finx-
it semetipsum esse moysen et celitus
destinatum. ut iudeos illam insulam
habitantes per mare deduceret.
ipsum se esse dicens. qui olim filios
israhel per rubrum mare saluauerit.
Circuibat itaque toto anno. unam-
quamque illius insule ciuitatem. suade-
batque iudeis ut crederent. mo-
nens ut omnes pecunias atque pos-
sessiones relinquerent. cum utique
deducti per siccum mare. ad repromissi-
onis gaudia peruenirent. Et illi
hac spe capti. omne opus proprium
neglegebant. contempnentes etiam
possessiones suas. et dimittentes
eas quibuscumque personis. Cumque ue-
nisset dies quam designauerat
seductor ille iudeus. eo precedente
sequebantur omnes cum iugibus et par-
uis etatibus. deduxitque ad quandam
rupem decliuius incumbentem. iussit-
que ut thomarum schemate semet-
ipsos euoluerent. Hoc ergo faciebant
priores. et cum uenirent ad rupes.
repente moriebantur tam dilace-
rati acutis rupibus. quam in aqua
necati. Plures tamen mori potuerant.
nisi deo prouidente quidam uiri
christiani superuenissent piscatores
atque negotiatores. qui alios cum
necarentur eripientes recreauerunt.
Tunc malum eorum stultitie sentien-
tes. alios ne semetipsos iactum in-
ter facerent tenuerunt. nuntian-
tes eorum mortem qui primo ceciderant.
Qui etiam cognoscentes seductionem.
culpabant se eo quod facile credi-
dissent. Cumque uoluissent illum
perimere seductorem. comprehendere
nequiuerunt. Repente namque
disparuit. deditque suspicionem quia
fuerit demon erroneus. huma-
no schemate circumamictus. Pro
hac itaque passione multi tunc cre-
tensium iudeorum ad christianam conuersi
sunt fidem. X.

Interea incendium in ciuitate
constantinopolitana factum. pau-
latim peruenit ad thermas que uo-
cantur achillee. deinde ad locum
qui dicitur pelargus. ita ut nouatianorum
comprehenderet ecclesiam. Tunc fertur
paulum eorum episcopum inter flammas ecclesie
restitisse supplicantem deo. ne ecclesia
pariter cremaretur. Qui locus ereptus est.
et actenus septima decima die mensis
augusti. apud nouatianos collectio
celebratur. Hunc tamen locum non solum
christiani. sed etiam pagani ex eo tempore
uenerantur. Maximianus ergo cum du-
os annos et sex menses ecclesiam gubernas-
set. defunctus est. Consulatu ariob-
inde et asparis. die duodecima mensis
aprilis. in septimana maiore ieiuni-
orum feria quinta. Tunc ergo theodosius
imperator sapienter cause prospexit.
ne rursus de episcopatu seditionis
questio. aut tumultus in ecclesia nas-

ceretur. Cum adhuc ergo corpus maximiani iaceret presentibus episcopis precepit inthronizare proclum. Quod etiam romani episcopi celestini littere firmauerant. quas ad cyrillum alexandrie destinauit episcopum. et ad iohannem antiochenum. et rufinum thessalonicensem. docens quia nichil prohiberet alterius ciuitatis existentem episcopum in alia demigrari. Inthronizatus ergo proclus. exequias maximiani corporis celebrauit. de quo tempus est ut pauca dicamus. XI.

Proclus ab etate prima lector fuit apud doctores tamen obseruans prelator quoque rethorica. Qui dum ad perfectam uenisset etatem. plerumque cum attico erat episcopo. exceptor sermonum eius. Et dum proficeret. ab attico diaconus ordinatur. Postea presbiter. a sisinnio uero cyzici consecratur episcopus. Hec enim quidem ei primitus prouenerant. Postea thronum constantinopolitane sortitur ecclesie. Erat enim uir moribus optimus. et ab attico utiliter eruditus. omnia eius imitabatur. sed in isto patientia potior apparebat. Et ille quidem hereticis se terribilem oportune monstrabat. iste uero omnibus mitis erat. et sic eos potius quam uiolenter flectere nitebatur. Nullam heresem fatigare uolens. In hac parte theodosium imitatus imperatorem. Ille namque iudicabat contra culpabiles imperiali non uti potestate. hic autem parui pendebat. si quis de deo non ita saperet. sic ipse. In his ergo etiam imperator laudabat eum. cum et ipse ueros sacerdotes imitaretur. et nequaquam persequi uolentes amitteretur. Ego tamen presumptiue dico. quia mansuetudine omnes sacerdotes euicerit. Ob quam causam hostes suos extra belli certamina subiugabat. sicut ostenditur in iohanne tyranno. et facta post hoc perditione barbarorum. XII.

XII

Post interitum namque tyranni barbari quos ille contra romanos suum euocauerat in auxilium. parati erant romanorum fines inuadere. Hec audiens imperator. consuete hanc sollicitudinem deo commisit. et orationibus occupatus. cito promeruit quod quesiuit. Que enim prouenerunt barbaris enarranda sunt. Dux enim eorum nomine rugas. fulmine percussus interiit. secutaque pestis maximam partem eorum hominum interemit. Et non solum hoc sufficit. sed etiam ignis de celo descendens. plurimos qui uidebantur remansisse consumpsit. que res barbaros in formidine magna constituit. non solum quia contra gentem romanorum fortissimam arma leuare presumpserant. sed quia sic eos a forti deo iuuari conspiciebat. Tunc enim proclus episcopus de prophetia hiezechiel coram ecclesia faciens sermonem de collata salute ab omnibus est

laudatus: cuius prophetie uerba sunt hec.
Et tu fili hominis, prophetiza in
gog principem mosoch et tubal: iu
dico enim eum in morte et sanguine.
et imbre diluuii, et lapidibus gran
dinis. et ignem et sulphur pluam
super eum: et omnes qui cum eo sunt; et post
pauca, et scient quia ego sum dominus;
Igitur imperatori propter xIII.
suam mansuetudinem. et alia pluri
ma prestitit deus. quorum unum illud est.
Erat ei filia ex eudochia nomine
eudoxia. Hanc ualentinianus
consobrinus eius. hesperiarum partium
ab eo factus imperator, petiit uxorem.
Cumque theodosius annuisset: co
gitabat in medio quodam itineris
loco nuptias celebrare. Placuit
que atque: ut thessalonicam ambo ueni
rent. Inter hec nuntiauit ua
lentinianus ne fatigaretur theo
dosius. ipse enim uenturum se con
stantinopolim compromisit. Cumque
ergo partes munisset hesperias. con
stantinopoli uenit ad nuptias.
quibus celebratis consulatu ysi
dori et senatoris: uxore sumpta
reuersus est;. xIIII.

Non multo post episcopus proclus eos
qui propter iohannis depositionem
segregabantur ecclesie restituit:
sapientiaque sua eorum tristitiam
mitigauit hoc modo. Corpus enim
iohannis in cumanis sepultum trice
simo quinto anno post depositionem
constantinopolim iubente imperato
re reuocauit. et publice diuul
gatum in ecclesia apostolorum multo ho
nore recondidit. Quod actum est.
senes decies consulatu honorii
theodosii. septima decima ianua
rii mensis die. Paulus quoque noua
tianorum episcopus. eodem consulatu uice
sima iulii mensis die defunctus est.
Qui cum egrotaret: nec diem tamen con
suetam transgressus est. nec orationes
solitas pretermisit. Cumque esset mor
ti uicinus: euocauit omnes clericos
suos. dicens. Cogitate episcopum eligere
donec uiuo. ne post hec turbas ecclesie
nimie sustineant. Illis uero ei potius elec
tionem dantibus, paulus ait. Ergo
scriptam mihi huiusmodi date pro
fessionem: quia ipsum eligatis quem
ego decreuero. Quibus hoc facientibus
atque subscribentibus: martiani presbi
teri nomen in carta conscripsit atque sig
nauit. fecitque priores similiter sig
nare presbiteros. eamque chartam apud
marcum deposuit. scytharum ecclesie
nouatianorum episcopum. dicens. Si ui
xero mihi redde. si mortuus fuero:
hic inuenietis qui debeat ordina
ri. Post obitum tertia die resig
nantes. et martiani nomen inueni
entes eiusque laudantes electionem:
sine ulla mora miserunt in tibe
riade frygie. ubi tunc habitabat. et con
prehensum deduxerunt uicesima prima
die eius mensis. et ordinauerunt episcopum;.

Theodosius igitur imperator. xv.
pro beneficiis a deo sibi collatis grās
[...]at. plurimis honorib; ipso
si[...] uota compensans. coniugemque
suam eudochiā ad hierosolimā
destinauit. hoc enī et ipsa uotū habu
erat si filiam uideret nuptā. que
tam hierosolimis ecclīas constitu
tas. quā per singulas ciuitates posi
tas honorauit. et eunti pergeret
et eundem remearet ;

Proclus autem eps. eodem
tempore. septimo decimo im
peratoris theodosii consulatu. rem
mirabilē operatus ē. quā nullus post
fecit epōrum. Cum enī firmus eps
cesarie cappadotie mortuus fuis
set. aderant cesarienses petentes
epm. Cumque cogitaret quem eis
ordinare debuisset. contigit ut
ad eum salutandū die sabbato
senatores uniuersi uenirent. Inter
quos thelassius. qui prefecture il
lyrici administrauerat dignita
tem. Cumque futurus esset sicut
habebat fama orientalem regere
pfecturā. missa manu pclus pro
pfecture dignitate. epātum ei
cesarianę ciuitatis imposuit.
Hec equidem in ecclīa illo tēpr
gerebantur. Nos autem hic ter
minū faciamus historie. in pace
gubernari cunctas ecclīas exo
rantes. Nos ergo o sacratissime
homo dei theodore. tuā comple

uimus iussionem. finem facien
tes historie. in anno secundo
trecentesime quinte olimpia
dis. consulatu [...] septies decies
imperatoris theodosii ;

Historie ecclāstice lib. xi. expli
cit. Gratia indiuidue trinitati
amen.

